f ¶ Pene. Pene dicit † propter quatuor contractus, ut propter ſtipulationẽ, ut ĩ. de act. §. de cõſtituta. Item ꝑ literarum obligatio. ut ĩ. de lit. obli. Item propter contractum emphyteuticũ ut ĩ. locati. §. adeo. Itẽ propter ſpõſalitiam largitionẽ .i. donationẽ propter nuptias. ut in auth. ut ſpõ. larg. §. j. & ij. collat. ix. Et no. ꝙ hic dr̃ oẽs cõtractus eſſe de iure gẽtium, ſed nõ oẽs obligationes: nã quæ ex maleficio uel quaſi ſunt, nõ ſunt de iure gentiũ: ſʒ uel a lege xij. tabularũ, uel alia lege.

† Idem Bar. & Nic. & uide gl. similẽ in l. ex hoc iure ff. de iuſti. & ĩ l. legitima. ff. de pac.

ADDITIO. Prout glo. loquitur in quaſi maleficijs, approbatur, quia in his contingebat aliquem obligari ex facto alieno: quod ius gentiũ non conſiderat: ſed prout loquitur in maleficijs, reprobatur per l. ff. de fur. ut per Ang. & Chriſto. hic.

g ¶ Innumerabiles .i. non facile ad numerandum habiles, ut infra de re. corpo. & incorpo. in princ.

* ADDI. Intellige noĩe empti. & uendit. permutationẽ, cum emptio nõ conſiſtat ſine pretio, eoq; innumerata pecunia. nummi aũt non ſunt inuenti iure gentium, quorum initium refertur ad Aeginetas, longe poſt liberum patrẽ, quẽ Pli. li. vj. tradidit inuenıſſe emptionem & uenditionem. Aemil. Fer.

¶ Conſtat aũt Poſtq̃ doc. ſimul legunt uſq; ad §. ſʒ & qđ princip diuiditur iſ luc uſq; in v. partes: in prima declaratur ex quo ius noſtrum cõſſet: in ſecunda quid ſit ius ſcriptum: in tertia quid ſit lex: in quarta quid plebiſcitum: in quinta quid ſenatuſconſultum. partes patent. SYL. Diuiſio

Caſus. Nõ eſt ponendus quia procedit partiendo & deſcribendo. No. ius romanum aut l. ſcripta conſta-

te aut cōſuetudine. Item uo. partes iuris ſcripti. Item modum ferēdarum legum, plebiſcitorum, & ſenatuſconſultorum. Item quòd conſul dicitur magiſtratus ſenatorius, & tribunus dicitur plebeius. Itē quo differat plebs a populo. Itē qd ueniat appellatiōe populi. Item ꝙ patricij & ſenatorij ueniunt appellatione populi: ſecus appellatiōe plebis Item qd ſit plebs. Item ꝙ plebiſcita ex lege Hortēſia ſunt eiuſdē ptātis cuius ſunt leges. Item ꝙ difficile eſt multos ſimul adunare.]

¶ Ius Romanū aut ſcriptū eſt, aut non: ſcriptū eſt lex, plebiſcitum, ſenatuſcōſultum, conſtitutiones, edicta prætorum, & prudentū reſponſa. Quorum lex eſt quę a populo, plebiſcitū a plebe, ſenatuſconſultum a ſenatu fertur. h. d. ex l. ius ciuile. cum l. ſeq. ff. eo.

¶ Conſtat autē ius nrm [a] quo utimur, † aut ex ſcripto [b] aut nō ſcripto: † ut [c] apud Græcos, [d] τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι. ¶ Scriptū aūt ius [e] ē lex, plebiſcita, ſenatuſconſulta, [f] pricipū placita, magiſtratuū edicta, reſponſa prudentiū. ¶ Lex eſt, [g] quod populus Ro. ſenatorio magiſtratu īterrogāte (ueluti [h] Cōſule [i]) conſtituebat.

a ¶ Ius noſtrum. id eſt ciuile romanorum, de quo diximus ſ. eo. §. ſed ius. Large uocatur ius ciuile, quicquid ſcriptū habemus de iure gñali, ut diximus ſ. eo. in gl. Vt ſunt ſtatuta terrarū, &c. ibi, quinto &c. Itē quicquid habemus de moribus hic comprehendit. ſ. generalibus, ut patet ex inferioribus.

b ¶ Ex ſcripto. De hoc dicit uſq; ad §. ex non ſcripto. infra cod. & de non ſcripto. ibi dicit Accur.

ADDITIO. Non tñ eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam legis, ſed ad probationem tantum, arg. l. contrahitur. ff. de pigno. ſecundum doc. hic.

c ¶ Vt pro ſicut.

d ¶ Apud Grecos. Nam & græci utebātur iure ſcripto & non ſcripto, ut infra eo. §. & non ineleganter.

* ADDI. Græca ſic uerte. legum aliæ ſcriptæ ſunt, aliæ non ſcriptæ.

e ¶ Scriptum āt ius. ſ. ciuile romanorum, de quo dixit ſ. eo. §. ſed ius. Acc.

f ¶ Senatuſc. Quare dicti ſunt cōſules, no ff. de or. iur. l. ij. §. exactis ij.

g ¶ Lex eſt. Hæc diffinitio quo ad ſententiam concordat cum ea quæ eſt. ff. de leg. & ſenatuſc. l. j. licet quo ad uerba diſſentiat. Diffinitur & alio modo. Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibēs contraria, quæ ſumitur ex lege græca. ff. de leg. & ſenatuſc. l. ij. Item diffinit tertio modo ut in alia lege græca colligitur in eo. tit. de legib. & ſenatuſconſul. l. ij. Accur.

¶ Adde, ꝙ hic nō diffinitur lex, ſ; deſcribitur modus. l. ferende quia in eſſentia nō differunt ſed in auctoribus & modo cōdēdi.]

h ¶ Veluti. Exemplificatiue ponitur, ut infra. §. proximo. nam facta conuocatione populi Romani, magiſtratus, ſcilicet ſenatus: non totus, ſed qui maior erat omnibus, interrogabat populum, ſcilicet conſulendo, an ſic placeret.

ADDITIO. Et ideo dicit Ang. ꝙ non ualeret ſtatutum in cuius confectione conſtaret, quòd non fuerit in conſilio per priorem facta propoſitio: ſecus tamen in dubio. Angelus, Aretinus.

¶ Et ſic ad libitum populi fiebat, ut ff. de ori. iur. l. ij. in prin.

i ¶ Conſule. Nam conſul uice ſenatorum interrogabat populum, & ſic ipſi ſenatores uidentur interrogare. Nam qui per alium facit, per ſe facere uidetur, ut ff. de ui. & ui. arma. l. j. §. deieciſſe & ff. de admini. tuto. l. ita autem. §. geſſiſſe.

ADDITIO. Debet tamen in libello exprimi, quòd per te uel alium tuo nomine tale quid commiſſum fuerit: alias agendo contra te, & probando de alio tuo nomine ſpoliante, non obtineret: ſecundum Ioannem Fab. & Angelum.

† alias aut ſcripto, aut ſine ſcripto

* † Vide ad hūc locum Budeū ſ v ʟ. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure. & And. Alcia. libr. ij. prætermiſſ.

Legis diffō.

¶ Nã recte omnia noſtra facimus quibus a uobis auctoritas impartitur, ut C. de uete. iur. enuc. l. j. §. ſed & ſi quid uerſi. omnia.

a ¶ Veluti. Exemplificatiue ponitur ut s. §. proxi. erat. n. nimis nomine tribunus, qui p cera: plebeijs & eorũ magiſtratui: qui interrogabat plebeios ut ff de ori. iu. l. ij. §. augeſcente. & §. ijsdẽ tpibus & multas leges habem⁹ de his, ut l. aquil. ut j. ad l. aquil. § ex hoc tñ capite. & ne præſides accipiat niſi eſculenta, ut ff. de offi. procon. l. ſolẽt. §. fi. & ff. de offi. præſi. le. plebiſcito.

ADDITIO. Sed nec hodie illa, ſi habent ſalarium ut ibi no. ſecus in delegatis, extra de reſcrip. c. ſtatutum. §. inſuper. lib. vj. Ioan. An.

b ¶ Species a genere. Eſt autẽ genus, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: ut animalium aliud rationale, aliud irrationale: & ſic ſe habet populus ut ſequiẽ ad nobiles & ignobiles. Species aũt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. ut hominum alius Titius, alius Seius: ſic ſe habet plebs: nam minores tantum cõprehendit, ut ſequitur.

¶ Adde, ꝙ melius dixiſſet Imperator. Quo pars a toto: quia differentia ſpeciei & generis non poreſt accõmodari: quia hic poſita plebe non poniẽ populus, ſicut ſpecie poſita ponitur genus: tuemur tñ Imperatorẽ hic in noſtris Annotationibus. Et ſciẽdum eſt, genus aliter accipi apud Legiſtas, aliter apud Dialecticos, ut tradit Bar. in l. meuius. §. duobus. de leg. ij.

c ¶ Etiã. q. d. Nõ ſolũ plebe appellatione populi cõnumerant, ſed ẽt patricij.

d ¶ Patricijs. Qui erãt quaſi patres principis, ut j. quib. mod. ius. par. pot. ſolui. §. filius.

¶ Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogãte (ueluti [a] Tribuno) conſtituebat.

¶ Plebs aũt a populo eo differt, quo ſpecies [b] a genere nam appellatione populi uniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam [c] patriciis [d] & ſenatoribus. † Plebis aũt appellatione, † ſine patriciis & ſenatorib. cœteri ciues ſignificantur.

¶ Sed & plebiſcita [e] lege Hortẽſia [f] lata non minus ualere q̃ leges cœperunt.

¶ Senatuſconſultum eſt † qd ſenatus iubet atq; cõſtituit. [g] Nã cũ auctus eſſet populus Ro. in eũ modũ, ut difficile eſſet in unũ eum conuocari legis [h] ſanciende cauſa, equum uiſum eſt ſenatum uice populi conſuli. [i]

¶ Principũ conſtitutiones, pcepta, uel decreta, quæ perſonalia nõ ſunt, habẽt l. uim. h. d. ex. l. j. ff. de conſt. princip.

* ¶ Patricij qui appellarentur uide Budeum ad l. ult. ff. de ſenato. & Alcia. libr. xij. C. in titu. de conſ. & non ſpar. pecu. Accur. n. cõfundit patricios ueteres cũ patricijs ab Imperatoribus inſtitutis, inter quos longã fuiſſe dñã conſtat.

e ¶ Sed & plebiſcita. uidebanẽ minus ualere, quaſi loco & argumento ſumpto ab auctoritate: quia maior eſt patriciorũ & ſenatorum auctoritas, ut C. de legi. l. humanum. & ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ſed hoc ſublatũ eſt per legem latam ab horienſio rege ut ſequitur & ff. de ori. iu. l ij. §. augeſcẽte.

f ¶ Lege hortẽſia. Sic dicta ab Hortẽſio qui pacem compoſuit inter nobiles & plebeios, & inter eos ſic ſtatuit ꝙ ualeret plebiſcitum.

* ¶ Quo tpe lata fuerit, & q̃ longe erret Accur. exiſtimãs Horteſium fuiſſe Regẽ, legito q̃ hoc loco dixi in Anno.

* ADDI. Inimo ab Hortẽſio dictatore ut apud Gel. li. 15. c. 25. & Pli. l. 16. c. 10 q mortu⁹ eſt i magiſtratu, ut apud. Flo. i epiſ. ij. & D. Aug. l. de Ciu. De. 3. c. 17

g ¶ Cõſtituit. Nã poterat facere legẽ, ut hic & ff. de le. & ſe. l. nõ ambigitur.

h ¶ Legis ſanciende cauſa. Nam idem eſt ſi ex alia, quia difficile erat tot homines conuenire. Accur.

i ¶ Conſuli. i. interrogari. Nam antea

† Concor i c. poſi c le ctione i gl. ſup ue ... lat ... j ot principi ... ibi ſ. c ne i c po puli ex tia de elec. & gl. in c. ſedes. ſup uer ſi. maio res. pro pe fin. ibi ple bis aũt appella tione ex tra de reſcri. *

† Pro i telle ctu hu ius loci uide Bar. in l. j. col. iiij. uer ſicu. il lud er go. C. de dig. lib xij. Gñis dictõ. Speciei dictõ.

S Y L. † Dicie tñ Angel. ꝙ quis loco ſenatorũ hodie ſucceſſerit cõſiliarij ſeu decuriones, non tñ poſſent ſuper principi reſeruatis ſtatuere: puta ad famam ſeu ius genitu re aliquẽ reſtituere: ſpurios legitimare: aut ueniam ætatis concedere. S Y L.

populus interrogabatur, ut ſupra eo. ti.§.lex.ut ſicut populus interrogabatur prius, ſic poſtea ſenatores (qui centum erant numero) interrogabantur a conſule, ut l.ij. §.deinde quia difficile. ff.de ori. iur. & C.de peti.hæredi. l.fi. in prin.

SYL. ¶Adde, ꝙ tex.in d.l.fi. nihil ꝓbat, quia loquitur de iudicijs centũuiralibus, quæ alia erant a ſenatu, ut declarat Feſtus, & Budeus in ſuis Anno.in l.fi.ff.de ſen.a.]

¶Sed & quod principi placuit [a] legis habet [b] uigorem. Cum lege [c] regia, quæ de eius imperio [d] lata eſt populus ei [e] & in eũ omne imperium ſuum & poteſtatem contulerit. [f] Quodcũque

¶ Sed & quod. Iſte. §.diuiditur ĩ quatuor partes. Nam primo ponit dictum. Secundo eius rationem. Tertio ponit illationem. Quarto dictum modificat & declarat. Secunda ibi (Cum lege.) Tertia ibi (Quodcunq;.) Quarta ibi (Plane.) Ang.de Are.

SYL. ¶ Caſus. Quærebatẽ exẽplũ eius quod dictũ fuerat de principũ placitis, qũo & ipſa efficerent lex: & reſpõſum eſt, ex auctoritate.l.regie quod principi placet legis habere uigorẽ: ſed tũc quęrebatur an oĩa paſsim, an uero cũ delectu aliquo quæ principi placerent uim legis obtinerẽt: & ratio dubitatiõis poterat eſſe: quia qđ populus, plebs, aut ſenatus decernebat, ſemper erat lex in re decreta: ita ergo uidebatur in placitis principum quæ in iure ſcripto equiparabantur: cuius contrarium decidit̃, ꝙ gñales diſpoſitiões principũ uim habent legis, perſonales uero perſonam nõ egrediuntur: ratio aũt decidendi ea eſſe põt, quia actus agentiũ non debẽt operari ultra eorum intentionẽ. l.non oĩs.ff.ſi cer.pet.ſed qñ princeps aliqd gñaliter ſtatuit, tũc quia uult gñalem uim habere, uim l obtinet. quãdo uero uult aliquẽ beneficio afficere uel pœna, nõ hẽt uim l.quia nõ eſt illa mens condentis. No.ꝙ lex eſt quicquid aĩo condendi legẽ princeps diſponit. Item ꝙ l.regia trãslata eſt in Imperatorem omnis poteſtas populi. Item no.ꝙ totale imperium poteſt alteri cõcedi. Itẽ ꝙ uerbum, concedo, importat tranſlationem dñij. Itẽ ꝙ epiſtola, ſententia, & edictum principis habẽt legis auctoritatem. Item quid ſit conſtitutio. Itẽ ꝙ perſonale priuilegium perſonam nõ egreditur.]

a ¶Placuit. Cauſa faciẽdi cõem legem, † alias nõ eſſet lex cõis, ut ſequitur, & C.de ſent. l.ex ſtipulatione. nã ibi dicit̃, Non oĩs uox iudicis eſt ſnĩa. & ſic nõ omnis uox principalis eſt lex.

† Dummõ ſit iuſtum & honeſtũ ſecundũ Ang. & Iaſ.hic per ea quę pulchre notat bal. in l. q̃ ex libera. C.de ope. li.

b ¶Habet uigorẽ.i.lex eſt, & pro lege ſeruatur.

c ¶Lege regia hac lege cautũ fuit. ut poteſtas legis faciende tranſiret de populo ad principẽ, ut hic, & ff. de orig. iur. l.ij. §.nouiſsime.& facit ad hoc.ff. de conſt prin.l.j.ubi ſunt eadẽ uerba. Et hanc legem regiam non habemus: nam facta fuit ſuper regno, ideſt imperio transferendo.

SYL. * ¶Quenam eſſet lex regia, quod nemo fere antehac recte explicauit, in Annot.noſtris clariſsime oſtenditur.]

d ¶Imperio. Transferendo de populo ad principem.

e ¶† i. ſ.principi quo ad honorem: & in eum quo ad onus.

f ¶Cõtulerit.i.trãſtulerit, ſic ut ipſe populus amodo non habeat ſibi hoc ius: ſic.C.de uet.iur.enu.l.ij.§.hoc autẽ ſum. & de leg.& con.l.fi Sed alij dicunt, ꝙ adhuc populus ꝑt facere legẽ.

SYL. ¶Adde tu ꝙ hodie facere põt, nõ ſua auctoritate ſed conceſſa a principe. Illa.n.ſua auctoritas l.regia oĩs tranſlata eſt: colligitur reſolutio hæc ex hoc tex & l.non ambigitur. ff.de legi.& l. humanum.& l.fi.C.eo. * Itẽ adde, ꝙ licet Accur.exponat, cõceſsit.i.tranſtulit. ualde tñ inter ſe differunt, ut annotauit Deci.in l.nõ uult. ff.de reg.iur.]

ADDITIO. Quod eſt uerum, ſ.municipalem, ut ſupra eod.§.oẽs.ſeu particularem, dummodo habeat collegiũ approbatum, non autem generalem: ut per Ioan.Fab.& Ang Are.hic.

¶Et quod dicitur ſolum principem hoc poſſe, uerũ eſt ſolus.i.nullus alius ſolus: ſecundum Ricardum.

ergo Imperator p epiſtolã [a] conſtituit,[b] uel cognoſcẽs decreuit, uel edicto [c] præcepit, legẽ [d] eſſe conſtat † Hæ [e] ſunt, quæ conſtitutiones appellantur.

¶ Plane ex his quædã ſunt perſonales,[f] quæ nec ad exemplũ trahuntur, quoniã nõ hoc princeps uult. Nã quod ob meritum [g] indulſit alicui,[h] uel † ſi cui pœnam irrogauit,[i] uel ſi cui ſine [k] exemplo ſubuenit,[l] perſonã non tranſgreditur.[m] † Alie autem cum generales ſint, omnes proculdubio tenent.[n]

a ¶ Per epiſtolam. ut infra de iis qui ſunt ſui uel alieni iuris. §. ſed & maior. uerſi. dominorum. & ff. de conſtit. princip. l. j.

b ¶ Decreuit. Scilicet ſedens pro tribunali dando ſententiã diſfinitiuam ut C. de leg. & conſt. l. ſi. Nam interlocutio principis nõ habet uim legis, niſi expreſſerit hoc a principio. ut C. eod. ti. ſi imperialis. Accu.

c ¶ Edicto. vt C. eod. l. iij. & de ſecundis nup. l. hac edictali.

d ¶ Legẽ. Generalem, quam potes cognoſcere quatuor modis, † ut C. de leg. & conſt. l. leges, uel ſpecialem ut ſequitur.

e ¶ Hæ ſunt. Scilicet quas conſtituit Imperator.

f ¶ Perſonales. dummodo in iuris corpore non ſint clauſe: † alias oẽs ſunt generales, ut C. de iuſtin. C. confir. l. unica. in §. ſi.

¶ Adde, niſi ea intentione clauſa ſint ut ſint priuilegia, ut declarat Deci. in c. j. in ij. lect. in ij. col. de conſti.]

g ¶ Ob meritum. Quia multum ſeruierat principi. † & ideo aliquam pœnam quam debebat ille pati propter delictum, quod forte fecerat, ei remiſit.

* ¶ Maie declarat Accur. nam de remiſsione pœnæ loquitur in uerſic. uel ſi cui ſine exẽplo. Verius igiť ſenſus eſt: ſi cui ob merita quippiam conceſſerit: hoc. n. ſignificat uerbum, indulgere, ut oſtenſum eſt hic in Annot.

h ¶ Alicui. Pœnam merenti.

i ¶ Irrogauit. ſcilicet non merenti: uel merenti: ſed maiorem forte, quàm eſſet dignus, ut pœna eius metus ſit multorum. ut ff. de pœn. l. aut facta. §. fin.

* ¶ Melius eſt exemplificare, quando princeps pœnam aliquam legibus nõ ſtatutam irrogat, quod cauſæ intuitu nonnunquam fieri licet l. ſi uindicari. C. de pœ. nec enim præſumendum eſt principem non merenti pœnam inferre: quoties uero grauior q̃ per leges liceat infertur, ut alij deterreantur, legem generalem conſtituit in ſimilibus caſib9: hoc eſt. quandocunq; opus erit exemplo.

k ¶ Sine exemplo. i. ut alij non caperent exẽplum.

* ¶ Melius Accur. in l. j. ff. de cõſt. in princ. ſimpliciter enim intelligendus eſt hic locus ut ſi quem puta reſtituat, uel pœnam in eum ſtatutam condonet.

l ¶ Subuenit. Vt clericis ĩ quibus multa ſunt ſpecialia, ut in auth. ut clerici apud propri. epi. c. & C. de epiſ. & cle. cum clericis & l. omnes qui. & curie & aliis, ut C. de leg. & conſt. l. ij. Sed nunquid intelligitur ſine exemplo ſubuenire, ſi cui ſimpliciter reſcribat? Reſpõ. ſic, dummodo non ſit ibi aliquod ſignũ ex ijs quatuor quæ dicuntur. C. de leg. & con. l. iij.

m ¶ Non tranſgreditur. ff. quod quiſ. iur. l. j. contra. Sed diſtingue an ad ſui poſtulationem ſit conceſſum, quo caſu trãſgrediť, ut ibi, alias non, ut hic & ff. quod quiſq; iur. l. iij. † Et ſic ſoluitur aliud cõtra. C. de fruc. & lit. expen. l. ſi. Vel dic ad utrunq; contra. quod ad aliud extenditur, hoc non eſt dicere ut alius habeat priuilegium. † Vel melius, licet egrediatur perſonam, non eſt tamen generale ius: nec uidetur alius ſcilicet aduerſarius prorſus, cum ſit contingens occaſione controuerſie.

n ¶ Tenent. id eſt ligant.

¶ Prætorũ quoq;. Diuidiť in tres ptes: in prima ponit qualiter edicta ptorum hñt auctoritatẽ. l. in ſcda ꝙ appellat ẽt ius honorariũ & uide: ĩ tertia ꝙ edicta

† alias hæc.

† Sequũtur Nĩ. Io. de Pla. Por. & & Ia. dicit tñ Ioã. Fa. ꝙ ſex modis.

† Idem Nic. & Fa.

† Iſtam gl. & ſe. in uer. SYL. irrogauit ſequũtur Ang. & & etiã Ioã. de Pla. & Por.

SYL.

† alias ſi quã.

† Concor. in proœ. SYL. decretalium in gl. ulti. p9 princip. ibi, & indulgẽtia & c. j. in gloſ. j. p9 princip. extra de calum.

† Fallit in caſibus no. hic per Ang.

† Vel dic ꝙ illud eſt ſpãle in illa lege. C. de fru. & lit. expen. pp equalitatẽ in iudicijs obſeruãdam SYL. ar. C. de poſt. l. prouidẽdum.

ædilium curulium ſunt pars iuris prætorij: partes patent. Caſus. Non figuratur, quia procedit deſcribẽdo & exẽplificando. No. ꝙ edicta prætorũ obtinent uim legis. Item ꝙ uocatur ius honorariũ. Itẽ ꝙ magiſtratus dicuntur honores. Itẽ ꝙ ſuis edictis dabãt prętores auctoritatẽ, & ſic contra doct. ĩ rub. C. qui adimi. qui uoluerũt habere hãc auctoritatẽ. l. cõdende, dũ modo approbarent. Itẽ ꝙ edicta ædilium habenda ſũt ut portio iuris prętorij. Item unde dicatur ius honorarium: quãuis alibi ſenſerint aliqui, ꝙ iò dicerent quia honorabant ex hoc ꝙ eorũ edicta habebantur pro legib.]

¶ Edicta Prætorum habent uim legis, & edicta Edilium curiliũ ſunt pars iuris prętorii hoc dicit uſq; ad §. Reſponſa. ex l. ius autem. ff. eodem.

¶ Prætorum quoq; edicta,[a] non[b] modicam obtinent iuris auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium ſolemus appellare, quòd[c] qui honores gerunt, ideſt magiſtratus,[d] auctoritatem huic iuri dederunt.[e]

¶ Proponebant & Aediles curules edictum de quibuſdam cauſis:[f] quod edictum iuris honorarii[g] portio eſt.

¶ Prudentũ reſpõſa ſunt opiniones iuriſconſultorũ: qui habebant a principe auctoritatẽ legis cõdẽde: a quorũ ſententia iudici recedere non licebat. h. d.

¶ Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ[h] & opiniones[i] eorum, quibus permiſſum erat † iura condere. Nam antiquitus conſtitutũ erat, ut eſſent qui

quia ædiles erant ex prætoribus, ut infra de diui. ſti. §. prætoriæ. & ff. de uerbo. obl. l. v. §. prætoriæ.

¶ Adde ꝙ hoc eſt falſum, quia diuerſitas erat in magiſtratu, ut patet in l. ij. ff. de ori. iu. ſed bene itebant eodem modo proponendi ſua edicta, ut prætores: & erat magiſtratus ad inſtar prętture.* unde Saluius Iulianus in cõponẽdo edicto perpetuo fertur inter edicta prætorũ retuliſſe etiã Aediliũ edicta, ſicq; appellatũ eſt illud ius prætorium, ut latius expoſui hic in Comment. SYL.

† aliàs de iure rũdere. SYL.

¶ Reſpõſa. Diuiditur in ij. partes: in prima ponitur dictũ: in ſecunda ratio. ſecunda ibi, nam. Caſus. Non figuratur cũ procedat ſimpliciter declarando, & Imperator ipſe aſsignet rõnem decidendi, nimirum quia ita conſtitutũ erat, quæ ratio tollit oẽm rationem dubitandi. Nota, ꝙ opiniones iuriſconſultorum non ſunt neceſſariæ, niſi hoc diſponatur. Itẽ ꝙ interpretes iuris olim a publico deputabantur: & hi dicebantur iureconſulti: & quòd iudices ab eorum opinionibus recedere non poterant.]

a ¶ Edicta. Quæ ſcripta erant in albo prætoris, ut. ff. de iuriſ. om. iu. l. ſi quis id quod. in j. reſpon. Accur.

b ¶ Non modicam. Sed magnam.

c ¶ Quod. id eſt ideo quia.

d ¶ Magiſtratus. Scilicet ipſi prætores, ut ff. de inſt. & iur. l. ius autem. §. ius autem prætorium.

e ¶ Dederunt. ut ff. de orig. iur. l. ij. §. eodem tempore.

f ¶ De quibuſdam cauſis. ut de morbis & morbolis & uitioſis animalibus ut patet. ff. de ædil. edic. l. j.

* ADDI. Triplex actio oritur ex edicto ædiliũ curuliũ redhibitoria, quãti minoris, & actio in factũ cõtra ũditorẽ quanti intereſt emptoris eam rem non emptam fuiſſe ut in tit. ff. de ædil. edic. H. M.

g ¶ Honorarij. Qualiter? Reſpondeo:

h ¶ Sententiæ. Sententia eſt firma & indubitata reſponſio: ſecundum Ioan. Snĩa. Opinio quid. SYL.

¶ Adde, ꝙ quãuis doc. hic approbent hanc differẽtiam, eſt tamẽ falſa. l. eos. §. pe. C. de apell. ſed exponitur unum pro alio.] † Approbatur per Ni. Angel. & Ioã. de Pla.

i ¶ Opiniones. Opinio eſt cum dubitatione reſponſio: † ſecundum Ioannem.

a ¶Publice. Id eſt quorum interpretatio fiebat publica auctoritate conceſſa principe, ut Vlpi. Papi. & ſimiles qui fecerunt leges. ff. de orig. iu. l. ij. §. poſt originem. & §. iuris ciuilis ſcientiam.

ADDITIO.

Hodie in ſententia doctorum eſt probabilis & nō neceſſaria, ut no. glo. in l. j. C. de leg. & legēdi ſeu interpretādi licētia in doctoratu collata operať, ut hæc poſſint publice fieri, qđ alias non liceret. l. j. C. de ſtud. lib. ur. ro. libro undecimo.

iura publice [a] interpretantur: quibus a Cæſare [b] ius reſpōdēdi datū eſt, qui iuriſcōſulti appellabanť: quorū oium ſniæ & opiniones eā auctoritatē tenebāt: ut iudici [c] recedere a reſpōſo eorū nō liceret, ut eſt cōſtitutum. [d]

b ¶A Cæſare. Auguſto, ut ſupra in prima rubrica ponitur Accur.

c ¶Vt iudici, ſ. nulli.

d ¶Vt eſt conſtitutum. Ideſt ſicut ipſi conſtituerunt.

* ADDITIO. Hoc ego ad Theodoſij conſtitutionē de reſponſ. prud. in C. Theodoſ. referri ſoleo. Eg. B.

SYL. ¶ Ex non ſcripto Diuiditur in tres partes in prima ponit quid ſit ius non ſcriptum. in ſecunda qualiter ius ciuile diuidatur in has duas partes. in tertia aſſignat rationem. ſecunda ibi, & non. tertia ibi, nam origo. Caſus. Quia ſupradictum fuerat, ex non ſcripto ius etiam conſtare, hic declaratur quod rā ſit tale ius, quod ex non ſcripto uenit, & dicitur illud eſſe quod uſus approbauit. Sed tunc dubitatum fuit, an tacitus conſenſus populi l. uim obtinere poſſet. Ratio autem dubitandi poterat eſſe duplex: quia minor uideť uirtus taciti quàm expreſsi. l. expreſſa. ff. de regu. iur. item quia cum populus tranſtuliſſet omnem auctoritatem in principem, non uidebatur poſſe amplius condere nec expreſſe nec tacite. l. quibus non obſtantibus decidit contrarium ea ratione, quia continuatus ille & diu obſeruatus mos cenſetur habere uniuerſalem cōſenſum populi & uoluntatem ipſorum: ſicut habet l. expreſſa. Nec obſtat prima ratio: quia immo par eſt uirtus taciti expreſsi. l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Item quia in iſto tacito conſenſu cenſetur conſenſus etiam illius cuius auctoritate l. cōdi poteſt: quia iſte textus & alij ſic intelligi debent de illo populo qui habet auctoritatē. l. con- dende: & in effectu ratio nem decidē- di uide in l. de quib. ff. de legib. Nota, ꝙ uſus diu obſeruatus habetur pro leg. Item ꝙ diuturnum dicitur quod conſtat ſpatio x annorum. No. ꝙ duæ negationes affirmant: ibi, non ineleganter. No. diuiſionem iuris ciuilis factam eſſe ab origine. Itē quòd una ciuitas pōt ſolis conſuetudinibus uel ſolis legibus regi. No. ibi, ſcripto. argumentum ad hoc, quòd l. ad ſui eſſentiam exigit ſcripturam.]

¶ Quod diu uſus cōprobauit. l. habet uigorē: & ius ciuile in ſcriptū & nō ſcriptū diuidiť rōne originis ipſius. h. d. ex l. de quibus. ff. de legi.

¶ † Ex non ſcripto ius uenit, [e] qđ uſus approbauit: † nam diuturni [f] mores

† alias in fine ſcripto.

† condi. cor. cū text. c. cæterū cū glo. extra de teſt. co.

e ¶ Ex non ſcripto ius uenit. De iure ſcripto uidimus quod in ſex partes diuiditur. ſequitur de non ſcripto, ut ſupra eo. §. conſtat.

f ¶ Diuturni. Sed quanto tēpore uſus facit mores uel conſuetudinem? Reſpondeo: decem annis, ut ff. qui & a qui. ma. li. non fi. l. ſi cum fideicommiſſaria. §. ariſto. licet ſecundum quoſdā exigatur tempus cuius non extat memoria, argu. ff. de aqua plu. arcen. l. j. in fi. ff. de aqua quoti. & æſti. l. iij. §. ductus. & C. quæ ſit longa conſue. l. conſuetudinis. & C. de ſacroſan. eccle. l. fi. Item quia dicitur longa, ut patet in rubri C. eo. & ff. eo. longa autem decem annis dicitur, ut infra de uſucap. §. primo ſequitur ergo quòd decem annis ſit robuſta.

Cōſuetudo inducitur ex curſu decē annorum.

¶ Adde, ꝙ hæc opin. cōiter approbatur reprobata illa, ꝙ requiratur tēpus cuius initij memoria in contrariū nō exiſtat, ut per Iaſ. in l. de quibus. col.

S Y L.

conſenſu [a] utentium comprobati, legem imitantur. [b]

¶ Et [c] non ineleganter in duas ſpecies ius [d] ciuile diſtributum eſſe uidetur: nā origo [e] eius ab inſtitutis [f] duarū ciuitatū, Athenarū ſ. & Lacedemoniorū, fluxiſſe uidetur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, ut Lacedemonii quidem magis ea, quæ pro legibus obſeruarēt, †memoriæ mādarēt: Athenienſes uero ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

xj. ff. de leg.]. Sed nunquid ſemel ſufficit, ut infra decem annos ſecundum eam iudicetur? Reſpondeo: non: immo debet ad minus bis ſecundum eam iudicari, ut C. de epiſ. aud. l. iij. in fi. uel quærimoniā uel libellum propoſitum contra conſuetudinē ia lem ſpernere, ut ff de legi. l cum de cōſuetudic.

SYL. ¶ Iſta opi. cōiter improbaē hic, & in d. l. de quibus. & in c. fi. de conſue. ubi Abba. poſt alios quos hic retulimus in Commen. qui conſentiunt neceſſario non requiri actum ullum iudiciarium in cōſuetudine inducenda, ſed conſenſum atq; uſum populi ſufficere d. l. de quibus.] Nunquid ergo iudicatur exemplis? Reſpondeo: non, ut C. de ſent. & inter. om. iudi. l. nemo iudex. & facit. ff. de offi. præſi. ſed licet. ſed ex conſuetudine quæ approbatur exemplis: & ſic conceditur aliquid p obliquum, quod directo non conceditur: ſic & ff. quæ res pignor. obli. poſ. l. ariſto. in fine.

SYL. ¶ Adde, quòd poteſt eſſe ratio, quia illa exempla per receptionem dicuntur comprobata ab habente auctoritatem l. condendæ, cuius exempla in iudicando bene attenduntur. c. afferte. de præſumptio. glo. in c. fi. xxx. diſt.] Sic econtra, peto ex promiſsione quæ promiſſio probaē ex longo uſu, ut ff. de uſur. l. cum de in rem uer.

a ¶ Cōſenſu. Alias non poteſt eſſe conſuetudo, cum dicatur cōſuetudo quaſi communis aſſuetudo, & error conſuetudinem impediat, ut ff. de le. & ſe. cō.

SYL. quod non ratione.

¶ Adde, quòd immo tollit. l. conſuetudo per errorem inducta, ſed non trahitur ad ſimilia. ita loquitur d. l. & declarāt communiter doct. in dicta lege de quibus.

b ¶ Imitantur. Id eſt tm̄ ualet cōſuetudo ubi lex ſcripta non eſt, quantum lex ubi ſcripta eſt. Et nota tres uirtutes conſuetudinis. Imitandi legem, ut hic. Item interpretādi legem ubi eſt lex dubia, ut ff. eo. ſi de interpretatione in fin. Itē corrigēdi, ut ff. de leg. & ſe. con. l. de quibus. in fi. & infra eod. §. ea uero. diſtigue, aut eſt gnālis cōſuetudo per totum mundum. & tunc uincit legē ubiq;, ut ff. de leg. & ſe. con. de quibus. §. fi. aut ſpecialis: & tūc uincit legem in eo loco ubi eſt, ut ff. commu. præd l. uenditor. §. ſi cōſtat. dummodo poſt legem fuerit inducta. alias uincitur a lege ſuperueniente, ut ff. de ſepul. uiola. l. iij. §. diuus. In alio autem loco conſuetudo ſpecialis non uincit legem, ut C. eo. l. cōſuetudinis. & hoc ſecundum Ioan. & Py. licet alij aliter diſtinxerint.

† alias obſeruabāt.

¶ Adde, quòd iſta diſtinctio approbatur communiter, ut per Iaſo. in d. l. de quibus. ſuper glo. fi.] SYL.

c ¶ Et nō. Hic. §. cōis eſt ad duo ſupradicta, ſcilicet ad ius ſcriptum & non ſcriptum: ideo bene eſt hic. §.

d ¶ Ius ciuile. large accipe, ut not. in §. conſtat.

e ¶ Origo. i. l. xij. tab. quæ fuit origo totius iuris ciuilis & principium.

f ¶ Inſtitutis. ideſt ordinamentis. Nam Romanus populus decē uiros pro iſto iure miſit: qui decem tabulas eburneas retulerunt tum de iure ſcripto Athenienſium q̄ non ſcripto Lacedemoniorum: ſed quia poſtea aliquid deerat, uel emendationē deſiderabat, data fuit poteſtas per unum annum his decē uiris, ut ius & leges corrigerent addendo & detrahendo: & ſi opus eſſet interpretarentur: qui ut ea quæ neceſſaria erant facerent, duas tabulas addiderunt: & ſic l. xij. tab. ex accidenti dicta eſt, ut ff. de orig. iur. l. ij. §. j.

L. xij. tab. unū orgū habuit.

SYL. ¶Immo tres tantum misit non decem, ut a Liuio lib. iij. ab urbe condita proditum eſt.

SYL. ¶Sed naturalia. Diuiditur in duas partes: in prima ponit qualiter ius naturale eſt immutabile: in ſecunda ꝙ ius ciuile mutatur. ſecunda ibi, ea uero. Caſus. Poſite erant differentiæ inter ius ciuile & naturale: quæſitum fuit, an ſicut ciuile ius ſecundum qualitates perſonarum & tēporū mutatur, ita mutetur ius naturale: rō autē dubitandi potuit eſſe: quia cū reſpiciat ipſos homines, quorum ſtatus eſt in cōtinuo motu, uidebatur alterandū ſecundum mutationem & exigentiā ipſorū: cuius cōtrarium deciditur ex eo, quia cū naturalia perpetua rōne conſtent, & ab ipſa natura .i. deo regantur & infundantur mētibus hoīum, certe nō poſſunt recipere mutationē aut alterationē aliq̄, ſicut recipiunt ciuilia. Not. ꝙ ius gentiū eſt in ſui totalitate immutabile: & ꝙ hic loquatur de iure gētium. decl. text. in §. quod uero. ſupra eo. ubi ponunt hæc uerba. Itē ꝙ ius gentiū oritur ex diuina prouidentia. Item ꝙ ſtatuta & ius ciuile mutantur uel contraria l. uel conſuetudine. Item quòd eo uinculo quid tollitur quo introducitur.]

a ¶Sed naturalia. Hic §. pōt intelligi de iure naturali primeuo, quo mouentur oīa aīalia ad aliquid faciendum, ut no. ſ. eo. ti. in prin. Sed quod dicit eſſe immutabile, eſt cōtra id quod de ſeruitute dr̄: quæ eſt contra ius naturale: & tñ præualet, ut ſ. eo. §. ius autem. Sed dic, nō derogatur ꝓ hoc, licet nō ſeruetur in illo caſu tamen nihilominus æquum & bonū eſt. † Et eodem modo reſpondeo ad illud quod dr̄ infra de ca.

† Hoc quantū

Ius naturale eſt immutabile: ſed ius ciuile ſæpe mutatur: quandoq; per aliud ius, quādoque per contrariam conſuetudinem. h.d.

¶ Sed naturalia [a] quidem iura quæ apud oēs gētes pereque obſeruātur, diuina quadā prouidentia conſtituta, ſemꝑ firma atq; immutabilia ꝑmanēt: ea uero quæ ipſa ſibi quęq; ciuitas conſtituit, [b] ſæpe mutari ſolent, uel tacito cōſenſu [c] populi, uel alia [d] poſtea lege lata.

¶ **Ius ciuile aut ad ꝑſonas ꝑtinet, aut ad res, aut ad actiōes: & prius uidendū eſt de ꝑſonis. h.d. ex l. i. & ii. ff. de ſtat. homi.**

¶Omne [e] autem ius

di. §. quod aūt. qđ eſt cōtra. Vel ibi nō tollitur cognatio, ſed ius ſuccedendi. Itē eodem modo ut prius rñdeo ad illud, quod de uſucapione dr̄ ī. de uſuc. in prin. qđ conſtat eſſe Contra ius naturale, ut ff. de condi. indebit. l. nam hoc natura. Vel dic ꝙ iſte. §. loquitur de iure gen. qđ patet ex illa litera. Quæ apud oēs gē. ſ. eod. §. qđ uero naturalis. Accur. ¶ Adde ꝙ iſta eſt uera ut dixi ī primo no. & intelligitur ꝙ non mutatur in ſui totalitate, ut dicunt doct. hic.]

in ſecū .ſ. in abſtracto niget ſemper uniformiter: ſed quã tum eſt in concreto pōt in aliquo mutari ſcđm Ange. hic.

SYL.

b ¶Conſtituit. ſ. de conſuetudine ſpeciali, uel l. municipali ſcripta.

c ¶Tacito cōſenſu, i. contraria conſuetudine, ut ff. de le. & ſe cō. l. de qb. ī fi.

d ¶Vel alia i. contrario ſtatuto: & ſic redduntur ſingula ſingulis.

¶Oē ius Diuiſio & caſus per ſe patēt. * Cū enim ſupra dixerit ſe tractaturū de iure priuato, quæſitū eſt an aliquam diuiſionē hmōi ius recipiebat: & rñdet ꝙ ius quo utimur & ī practica obſeruatur, aut reſpicit ꝑſonas diſtribuendo unicuiq; functionē ſuā, aut res utilitate quadā uſibus ꝑſonarū cōmutandas, aut actiones, qbus incidētes cōtrouerſie dirimūtur. ſed prius ait Imperator ſe locuturū de ꝑſonis, quarū cauſa nō mō ius eſt conſtitutū, ſed oīa quoq; aīalia genita. §. in pecudum ī. de re diui. No. diuiſionem Itē ꝙ appellatione rerum hic nō ueniunt actiones, q̄uis alibi ſic. l. rei. ff. de uer. ſi. Item ꝙ digniora ſunt præferenda. Item ꝙ cognitio eorum, quorum non cognoſcitur finis, eſt ſuperuacua & habetur pro nihilo.]

e ¶Omne. Quid ſit ius & qualiter diuidatur dixit: nunc differentiam inter ipſa iura ponit. SYL.

quo utimur, uel ad perſonas [a] pertinet, uel ad res, [b] uel ad actiones [c]. Et prius de perſonis uideamus: nam parum eſt ius noſcere, ſi perſonæ [d] quarum cauſa conſtitutũ eſt, [e] ignorentur.

¶ De iure pſonarũ.

¶ Hoĩes aut liberi ſunt, aut ſerui diffiniſtur libertas & ſeruitus:& ſerui a ſeruãdo dicũtur: ſicut mancipia, quia manu capta h.d.ex l.ſumma. & l.ſeq.ff.eodem.

SVMMA [f] itaque diuiſio ď iure pſonarũ hęc eſt: quòd oẽs hoĩes [g] aut libe

a ¶ Ad perſonas. De hoc dr̃ infra in toto primo lib.uſq; ad tit.de rer.diui.

b ¶ Ad res. De hoc dicitur infra lib.ij. & iij.uſq; ad tit.de oblig.

* ADDI. Hoc uerbo obligationes cõtinentur. l. noĩs. ff. de uer ſig. contractus. n. & obligatiões ad res ſunt referẽdæ, ut exceptiones ſatiſdatiões, iudicia, ad actiones. l.j. ff. de ſta.ho.

c ¶ Ad actiones. De his dicitur infra de actio.

* ADDI. Bonorũ poſſeſsio nomine rei continet̃ cũ ſit nomẽ gñale.l.j.ſi cer.pet.& an liceat ponere de actione cum appellatione rei cõtineat̃ uide Bar.ĩ l.j.ff.de ſta ho. H.M.

d ¶ Perſonæ. Nã homo eſt digniſsima creaturarũ ut ff.de ædil.edi. l.iuſtiſsi-

Ouid.j. Meta. me. Vñ Ouidius Pronaq; cum ſpectent animalia cętera terram: Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere Iuſsit,& erectos ad ſydera tollere uultus. Et Virgilius: Igneus eſt ollis uigor & cæle-

Virg.in vj. Ae. ſtis origo Seminibus.

e ¶ Ignorẽtur. Et ſic ſtatim ponit de iure perſonarum. Et no.hic.ꝙ digniora præponẽda ſunt: ſic ĩ.de bono poſſ.§. aliam uero in gl altiori & per hoc facimus multas formationes titulorum.

¶ De iure perſonarum.

SYL. Continuatio. ¶ Continuatur titulus per Imperat.in proximo. §.fin.ti.præced. ibi & prius de perſonis.]

Diuiſio SVmma. Totus iſte ti. diuiditur ĩ ſex partes. Nã primo ponit diuiſiones perſonarũ. Secũdo diffinitionẽ libertatis:ibi(Et libertas.)Tertio diffõnem ſeruitutis:ibi (Seruitus.) Quarto quare dicantur ſerui: ibi(Serui autem.)Quinto quot modis quis efficiatur ſeruus:ibi(Serui autem.)Sexto ponit differentiam inter ſeruos & liberos: ibi(In ſeruorum.)Aretinus.

¶ Summa itaque.Caſus. Non figuratur,quia diuidendo & diffiniendo procedit. No.ꝙ homines aut liberi ſunt aut ſerui. No. ꝙ dictio oẽs, ſtat diſtributiue. Itẽ quid ſit libertas, & ꝙ liberi a libertate dicũtur. Item qd ſit ſeruitus: & ꝙ illa procedit a iure gẽtium contra ius naturæ:& ꝙ ſerui dicũtur a ſeruando:& ꝙ capti in bello uendi poſſunt per ducem:& unde dicantur mancipia. Item quòd licet arguere a deriuatione uocabuli. Item ſecundum aliquos,ꝙ dictio,ſolet,importat neceſsitatem * Illud quoq; obſeruãdum eſt quod hic dicitur in rub.de iure perſonarũ,in ff.dici de ſtatu hominum:& ſic ius ponitur pro ſtatu.] SYL.

f ¶ Summa. Id eſt prima, quia & aliæ ſequuntur:ut infra de ijs qui ſunt ſui uel alie.iuris.in princ.& infra de tute. in prin. Vel dic ſumma, id eſt maxima:quia partim eſt de iure naturali, ut libertas, & partim de iure gentium,ut ſeruitus: quorum utrunque, ſcilicet ius naturale & gentiũ,antiquius eſt iure ciuili, ut infra de rerum diuiſio.§. ſingulorum.uel dic ſumma.i.breuis ſic infra de oblig.§.j.

¶ Adde, quòd prima communiter approbatur, ex eo quia intelligitur, qđ prima omnium diuiſio hæc eſt, ſicut infra de obligatio. §. primo. Dicitur autem ſumma, quia ut dicit Boetius in 4.j.Arir.maxima & minima cuiuſuis rei pars dimidia eſt: maxima, quia nulla maior quota pars maior eſt dimidia:minima, quia nulla diuiſio minori quàm duarum partium numero fieri poteſt.] SYL.

g ¶ Homines. Sed pone ꝙ hic ſumo

duo homines. unus liber. & alius ſeruus: tunc hæc propoſitio eſt falſa. Dic ꝙ pluralis oratio conuertitur in ſingularem: & tunc eſt uera & nõ falſa. ut ff. de condi. & demon. l. falſa. §. fina. & ff. de peti. hęre. l. diuus. i fi. in gl. pen. & de orig. iur. l. ij. §. exactis. & de uerb. ſig. nõ eſt. Econtra ſingularis pro plurali, ut eo. ti. l. in uſu. & ff. de teſta. tu. ſi quis ita. §. j. & dic has quæſtiones poſitas. ff. eodem. l. iij.

ri ſunt, aut a ſerui. ¶ Et libertas b quidem (ex qua etiã liberi uocant) eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi † quod ui aut iure prohibetur.

*¶ Dic ſecundum Bal. in d. l. iij. nihil intereſſe utrum dicatur oẽs, an oĩs: & ſic obſtant oppoſitiones: ſenſus tñ huius loci ſatis patet: uoluit. n. dicere Imperator, ꝙ hoĩum aliqui ſunt liberi, aliqui ſerui.

ADDI. Dicas ꝙ plurale reſoluitur in ſingulare, ubi nõ põt remanere in propria ſignificatione, quia ſequeretᷓ iniquũ uel incõuenienus: alias nõ reſoluitᷓ. Item ſingulare in plurale, quando nomen eſt collectiuũ, uel rõnis paritas ſeu cõnexitas hoc íducit: alias nõ. Ioã.

a ¶ Aut ſerui. Sed quid de ſtatulibero? Videtᷓ liber. ff. ſi ex noxa. cauſa agat. l. ſi. Sed contra eſt. ff. de ſtatuli. l. ſtatuliberum. †

*¶ Satuliber eſt quí ſtatutã & deſtinatam in tempus uel in conditionem habet libertatem. l. j. ff. de ſtatuli.] Item quid de aſcriptitio uel cenſito? Videtur quòd ſerui ſint, ut C. de agr. & cenſi. l. ne diutius. l. fin lib. xj. & C. in quib. cau. col. cen. l. fi. lib. xj. † Sed contra eſt ſecundũ Ioan. (licet alij aliter diſtinxerũt) cũ poſsint fieri clerici, & contra dñorum uoluntatẽ: quod nõ eſt in uere ſeruis, ut C. de epiſ. & cler. l. iubemus. §. ſeruos. & in auth. de ſan. epi. §. aſcriptitios. colla. ix. Item in dubio pro libertate iudicandũ eſt, ut ff. de re gu. iur. l. libertas. & quod in contrarijs legibus continetur, loquitur quo ad ſeruitia quibus aſtrictus eſt. quare poterunt prædicti & facere teſtm̃, & ferre teſtimoniũ, & alios actus ciuiles exercere, nec alienari pñt ſine ſolo, ut C. de agri. & cẽſi. l. quemadmodum. lib. xj.

† Hic quo ad quædã hĩ pro libero, & quo ad quædã pro ſeruo, ut no. ĩ l. fi. ff. ſi ſ y l. ex noxal. cã agatur. ſecũdũ oẽs doctores hic.

† Iſtam cõiter approbãt oẽs docto. hic. & eſt expreſsũ extra de ſud. c. 2

¶ Adde ꝙ hæc opin. cõis eſt, contra quam diſputando tenet Prepo. Senen. in iij. caſu. q. ij. * Sunt autẽ aſcriptitij ſerui aut coloni, qui glebe ſeu prædio colẽdo perpetuo aſcripti atq; addicti ſunt, inde nũquã receſſuri dñiſq; annuos reditus oẽs præter ſumptũ & uictũ reddituri.] Item quid de monacho uel regulari canonico? Rñdeo: liberi ſunt, & iõ † poſſunt reddere teſtimoniũ: quod dic ut diximus in auth. de mon. §. cogitandum coll. j. licet quo ad actus quoſdam fingantᷓ mortui, ut in auth. de mona. §. illud. & §. ſi quis aũt colla. j. in auth. de nup. §. ſecundũ occaſionẽ. coll. iiij. †

ADDI. Adde ꝙ licet monachi dicantᷓ mortui mũdo, ut in c. ij. extra de poſt. & l. deo nobis. C. de epiſ. & cle. tamen hoc uerum eſt quo ad actus ciuiles, nõ quo ad actus naturales.

b ¶ Libertas. Hæc diffinitio tribus modis põt legi. Primo ſcdm Ir. ut diffiniatur libertas eo iure quo ĩnẽta eſt. i. naturali, & ſic ẽt ſerui ſcdm hoc ſunt liberi. nã & ipſi pñt facere quod uolũt, niſi qđ ui. i. de facto, uel iure. ſ. quolibet ꝓhibeantᷓ: & hæc uerba. Ex qua ẽt liberi. &c. pñt ẽe de diffinitione. nã & ipſi liberi uocantᷓ ſcdm idẽ ius, ut ĩ. de lib. §. j. Alij dicũt diffiniri libertatẽ liberi, nõ libertatẽ ſerui: quia ex prima uocantᷓ. ſ. hodie liberi, nõ ex ſecunda. ſ. quã habẽt ſerui. Eſt ergo libertas alia in ſeruo, alia ĩ libero: & ſcdm eos uerbum, ui, exponitᷓ ut prius. Sed nec prima nec ſcđa placet, ꝙ ſerui ſint aliquo iure liberi. cũ ius gẽtiũ in hoc derogauerit iuri naturali, ut ĩ. §. ſeruitus. Et expone ui. i. iure gentiũ: quod quadam neceſsitate induxit ſeruitutẽ, ſ. per captiuitatem, ut ſupra tit. j. §. ius autem. & iure, ſ. ciuili. qñ maior xx. annis uendit ſe ad pretium participandum, ut infra. §. ſerui. q. d. liber quilibet eſt, niſi fiat ſeruus iure gentium, uel ciuili. & hæc uerba. Ex qua ẽt liberi &c. non oportet ꝙ ſint de diffinitione, ſed quædam effectum libertatis demonſtrant.

¶ Vltimã expõnem ſequunᷓ hic docto.

¶ Adde

S Y L.

† Dummõ iurent cũ licẽtia ſui ſuperioris: alias nõ ualeret eorum depõ. ſcdm Io. Fa. & ang. hic.

† Dic ſecundũ Pet. de Bellap. ꝙ non reputãtur mortui quo ad actᵘ ciuiles, ſed bene quo ad ea q ſũt contra ſuã profeſſionẽ.

† alias ſi quid.

SYL. Adde, ꝙ ex quo hic diffinitur libertas ad differentiã ſeruitutis, neceſſario diffinitur ſecundum tp̃s, quo erat ſeruitus: & ſic falſa eſt opi. Iac. But. Nec opi. gl. hic eſt uera: quia per eam non excludiť ſeruus, q pôt facere ea, q̃ uel iure gentium uel ciuili eidē prohibita non ſunt: unde dicas, ꝙ non intelligiť quæ prohibita ſunt ipſis particulariter, ſed ea q̃ abſolute & de ſe ꝓhibita ſunt. Nam ita intelligēdo, teſtari, contrahere non ſunt de ſe prohibita, & tamen ſeruo non competunt. Intelligať ergo uis & uis proprie, quia quamuis prohibitum alicui ſit a iure homicidiu, non per hoc minus eſt liber: ſicut non minus eſt liber per hoc, ꝙ de facto ipſa ui prohibeatur, & impediatur aliquid facere.]

† alias non habetur iubent.

¶ Seruitus autē eſt conſtõ[a] iuriſgentiũ, qua quis dominio[b] alieno contra naturam[c] ſubiicitur.

¶ Serui aũt ex eo appellati ſunt, ꝙ imperatores captiuos uendere † iubent, ac per hoc ſeruare[d] nec occidere ſolent: qui ẽt mancipia dicti ſunt, eo ꝙ ab hoſtibus manu capiuntur.[e]

¶ Serui uel naſcunť ex ancillis, uel fiunt captiuitate, uel uendunť ad pretium participandũ: inter quos ſicut ĩter liberos nulla eſt differẽtia. h.d. ex. l. v. ff. eod.

¶ Serui autèm aut naſcunť, aut fiunt:[f] naſcuntur ex ancillis[g] noſtris: fiunt aut iure gentium. i. ex captiuitate:[h] aut iure[i]

* ADDIT. Quæ uera libertas & cõtra quæ uera ſeruitus Pla. dialog. iij. de leg. Cic. in Parad. v. H. M.

a Conſtitutio. i. unum de ſtatutis iuriſgentium: nam & alia multa ſtatuit iuſgentium, ut ſupra tit j. §. ius autem. ſed hodie dici poteſt ſeruitus de iure

† Hoc ē uerum quo ad id, q̃đ addiť nõ quo ad id, cui additur. Ia. ciuili formatione: † nam alia olim, & alia hodie eſt hęc poteſtas, ut infra de iis qui ſunt ſui uel alie. iur. §. pe. & fi. quare eſt de iure gentium inuentione, ſed ciuili formatione, ut ff. de iuſt. & iur. l. ius autem ciuile.

b Dominio. Aliqñ ſine dñio, ut ff. de rer. di. l. j. §. j. & ff. pro dereli. l. fin. & ad idem. ff. de ſtip. ſer. l. quod ſeruus. & ff. de libe. cau. l. ſi uſumfructum.

SYL. * Immo poſito ſeruo, neceſſario ponitur dominus, & econuerſo, cum ſint correlatiua: nec leges per glo allegatę probant contrarium, ut late in Commentariis oſtendi.]

c Contra naturã. i. contra ius naturale: cum eo iure oẽs liberi ſint, ut infra de lib. §. j. & .ſ. tit. j. §. ius autem.

Adde, ꝙ debes intelligere. i. contra illud quod natura dictabat in primo ſtatu, ſicut in l. ij. ff. de nat. reſti. dř reſtitutus natalibus, q natus eſt ſeruus: ſꝫ intelligiť. i. libertati, q̃ a principio hoies habebant, non in qua naſcitur qñ ſeruus naſcitur: & ſi uis plura circa hæc cã diſputandi, uide Fortu. in l. manumiſſiones. ff. de inſt. & iu. SYL.

d Seruare No. ſeruũ dici a ſeruãdo, & ñ a ſeruiẽdo ſcđm Iñ. ſꝫ tabellio dř ſeruus publicus a ſeruiẽdo, ut ff. đ ado. l. ñ n. aliter. & ff. rē pu. ſal. fo. l. ij. q tñ ſeruꝰ nõ p̃t eē, ut C. đ tab. l. gñali. lib. x. Acc. Seruus tabellio eſſe non poteſt.

e Capiunť. ff. de ſta. ho. l. iiij. in fi.

¶ Seruus autem. Diuidiť ĩ tres partes. In prima poniť diuiſio: in ſcđa declaratio illius: in tertia dñia inter condõnem liberorum & ſeruorum, & declarať. ſcđa ibi, naſcuntur. tertia ibi, in ſeruorum. SYL.

¶ Caſus. Non poniť, quia diuidendo procedit, & diuiſionem exẽplificando. No. qualiter ſerui fiant, & qualiter naſcanť. Itē ꝙ ius ciuile introduxit, ꝙ hõ patereť ſe uendi ad pretiũ participandum. Et ꝙ quis eſt dominus ſuæ libertatis ẽt uſq; ad uendõnem. Item ꝙ liberorum alii ingenui ſunt alii libertini.]

f Aut fiunt. Ex accidenti.

g Ex ancillis. Licet patrem liberum hẽant, ut. ĩ. ti. j. & C. de rei uen. l. partũ. Quid ſi ex aſcriptitio & libera? Reſpõ. ſequitur uentrē, ut in auth. cõ. quæ ex aſcripti. & lib. nat. §. j. coll. v.

h Captiuitate. Quæ occaſione belli contingit: quod eſt de iure gen. ut. ſ. titu. prox. §. ius autem.

i Iure ciuili. Eſt & tertius modus,

ut C.de aſſer.tol.l.j.§.pe.& eſt quartus ut per ingratitudinem reuocationis in ſeruitutem, ut in auth.ut liberti de cætero.§.j.in fi.&.§.illud uero.col.vj.

a ¶ Maior. In quo facto ſunt quatuor neceſſaria.ſ. ꝙ ſit maior xx.annis, ut hic & C. de lib. cau l. ſi miniſteriū.

Vt liber fiat ſeruus per uēdōnē qtuor SYL. requirūtur.

ciuili, cum homo liber maior [a] uiginti annis ad pretiū participādum ſeſe uenū dari [b] paſſus eſt.

¶ In ſeruorum condicione nulla eſt [c] differentia, in liberis aūt

¶ Adde, ꝙ ratio eſt, quia cum minor ante.xx.ann. libertatē ſeruo dare non poſsit.§.Eadē lege.j̄.qb.ex cau.ma.non li.tanto minus in ſe pōt ſeruitutē conſtituere.d.l. ſi miniſteriū,& q̄ius.§.eadē.corrigat̄ ꝑ §.ergo.eo.tit.tñ non operat̄ in hoc caſu: quia introducta fauore libertatis redundarent in odiū, contra.l.quod fauore C.de legi.] Itē & ut eo aio, ut pretii accipiat partem, ut hic,& C.de li.cau.l. non iō. Itē & ꝙ uere hēat partē ut ff. quib.ad lib.procla.nō lic.l.j. Itē ꝙ uen dat̄ ignoranti cōdōnē uenditi, ut ff. de li.cau.l.liberis.§.ſi qs ſciens. Itē & q̄ntum, ut hic ſciat cōdōnē ſuā, ut ff.ſi lib. inge.eſſe di.l.ij.& ſi quid horū defuerit iure cōi prouocat in ingenuitatē: alias non poterit prouocare in ingenuitatē. et ſi manumittat̄, ut ff.de ſta.ho.l.hō liber.& ff.de li.cau.l.cū pacto.niſi redderet pretiū,& dñs ſponte acciperet.

SYL. ¶ Adde ſextum requiſitum, ꝙ ſeipſum uendat ꝑ interpoſitam perſonam: nam ſi ſeipſum uenderet, nō eſſet emptor in bona fide: quia ſi credit ſeruū, eſt ī mala fide, quia debet ſcire eſſe alterius: ſi credit liberū, nō pōt.d.§.ſi quis ſciēs.] nec ēt dñs accipere cōpellit̄ pretium: licet quidā contradicant, ut ff.ſi lib.ing. eſſe.d l.ij.j.reſpon.& C.qñ licet ab empt.d.l.j.& .j̄.tit.j.in fi. Sed nunquid habet in integ.reſti. cum ſit minor. xxv. annis maior tñ xx.? Rñ. non: quia non eſt mutāda tanta ſolēnitas: & quia non eſt locus reſtōni, ubi res mutat ſtatum, prorſus amittendo, ut ff.de mi.ſi ex cā. §.Papinianus.& ff.de in integr. reſti.l. diuus. Sed nunquid patri uel affini permittit̄ reuocatio, uel per officium iudicis, uel per rei uendicationē utilem, cū ad eorū ignominiam reſpiciat, ut ff. de rei uē.l.j.& de lib. ca.l.j.ij.iij.iiij. & v.?

Reſtō ī integrū nō dat̄ minori xxv.annis qui ſe uendit.

Rñ.non, ut ff.de cap.di.l.tutelas.§.ſi libertatem.licet quidam dixerint cōtra. ar.dictarū legum.Sed certe ibi nō mutauerat ſtatum, ſed mutare uolebat.

¶ Adde, ꝙ hanc q. late examinat & diſputat præpo.ſeu.iij.q. vj. ꝑ totū.] SYL.

ADDIT. Dic glo.eſſe ueram ſi parens, coniunctus, uxor, uel affinis fuerint ſciētes tēpore, quo liber hō uenditus fuit: tūc.n. eorū ſcientia.ſ.eis ꝑiudicat, ut non poſſint uendicare, quia dictæ uendōni uident̄ cōſenſiſſe: ſecus aūt ſi fuerīt ignorantes: quia illorū intereſt illū nō eſſe ſeruū: unde pro eorū proprio intereſſe, ēt contra uoluntatē dicti uēditoris, pñt agere & reduci facere illū in priſtina libertatē reſtituendo pretium. Ang. Cui adde Iaſ. qui tenet indiſtincte ꝙ poſsit reuocari, ſiue parētes aut affines ſciuerint, ſiue ignorauerint uenditionem.

b ¶ Venundari. Idem ſi quolibet alio titulo patiatur ſe transferri in aliū: qđ uerum eſt, ſi aliquod lucrum ſentiat, ut C.de lib.cau.ſi miniſterium.& ff. de lib.cau.ſi uſumfr §.1.

c ¶ Nulla eſt. differentia. Sed ur̄ contra nam quidam ſunt in dignitate. ADDIT. (Id eſt in meliori ſtatu & opin. non aūt in dignitate propria per l.generali.C.de tab.li.xi. Ang.) quidam non, ut.j̄.de iniur.§. ſed pœna. & ff. de uſufr.l.ſed & ſi quid. la j Item quidam ordinarii, quidam uicarij, ut.j̄.quod cū eo.§.cū aūt. Item alij ueterani, alij nouitij, ut ff.de ædi.edi.l.ſi.& ff. de publi. l.interdum.§.quoties. Sed dic, ꝙ nullus eſt magis ſeruus quam alter, licet quo ad actus: & quo ad militias & ſimilia, ſit dr̄ia: licet olim magis unus quàm alter eſſet ſeruus, ut C.de nu.iure quir.tol.l. unica. nam olim quidam habebant nudum dominium in ſeruis, quidam plenum, quidam ſemiplenum.

* ¶ Quis ſit ſeruus ueteranus ſeu ueterator, & quis nouitius, declarat Alc. li.iiij.de uer.ſig.& Budæ. in.l. ult.ff.de ædi.edi.qui uero dicant̄ ordinarij, itē q uicarii, expoſui.j̄.ti.qđ cū eo.§.cu aūt. SYL.

* ADDITIO. Seruorum quidem

multæ [a] † dñæ ſunt: aut.n.ingenui, aut libertini ſunt.

¶ De ingenuis.

Ingenuus eſt qui ex liberis aut libertinis naſcit, ſeu ex mře libera, quãuis př uel ſeruus uel incertus ſit, quàm ſufficit aliquo tpe, dũ in utero eſt, liberã fuiſſe. h.d. ex.l.& ſeruorũ.§.ingenui.ff.de ſta.ho.

INgenuus [b] † eſt is, q ſtati ut natus eſt liber eſt: ſiue

---

una natura eſt & conditio plus tamen eorũ officia & miniſteria Bart.in.l.v.ff. eod. H. M.

a ¶ Multæ. Quidã ponunt hic falſam notam, ut duo † ſint multa, ar.ff. ad ſil. l.j.§.hoc reſcriptũ. Sed certe ibi sũt tria appellata, non duo tñ. Dic ergo q quatuor ſunt dñæ liberorum hominũ: ut ingenui, & libertini, & latini, & deditij, ut hic, & ĩ.ti.j.de lib.§.libertinorũ.ar.ff.ni bon. rap.l.iiij.§.j.ij.rñ. ꝓ pria ẽ i auth.de de po.& denũ.ibi.Cũ & alia multa coll.vj.

SYL. ¶ Adde tex.in.§. ſingulorum.ĩ. de re. di.Alex.in.l.j.in vij.col.ff.de leg. j.

¶ De ingenuis Quia ſupra dixit de iure perſonarũ: quarũ quædam ſunt ſeruæ, quædã ſunt liberæ: liberorũ aũt quidam ingenui, quidam libertini: ideo de his tractaturus præmittit de ingenuis tanquam de dignioribus. Porcus.

Diuiſio. INgenuus. ¶ Diuiditur in duas partes. Nã in prima tractat, qualiter quis dicaĩ ingenuus: in ſcđa qualiter ingenuitas pdiĩ. Scđa ibi (Cũ aut.) Prima ſubdiuidiĩ in qninq;. Nã i prima poniĩ dictũ: in ſcđa illud declaraĩ: i tertia rñdeĩ tacitæ qõni: ĩ quarta alteri qõni rñdet: in quinta decidiĩ incidens qõ. Scđa ibi (Siue ex duobus.) Tertia ibi (Sed & ſi q.s.) Quarta ibi (Et econtrario.) Quinta ibi (Ex his) Porc.

Diuiſio ¶ Inter eas &c. ¶ Diuidit̄ in quatuor partes. Prío ponit dictum in genere in trāſuerſalibus: ſecundo illud ſpecificat in tranſuerſalibus coniunctis ꝑ ſanguinē: tertio de cōiunctis per adoptionē: quarto īfert ex prædictis unum caſum. Secunda ibi (Sane.) Tertia ibi (Sed & ſi.) Quarta ibi (Et ideo.) Aret.

SYL. ¶ Inter eas. Caſus. * Quærebatur an inter collaterales quoq; ſeruanda eſſet ſupraſcripta ꝓhibitio: & uidebatur dicendum ꝙ non, quia ceſſabat ille aſcenſus & deſcenſus ſanguinis, qui eſt inter liberos & parentes: cuius contrarium deciditur in fratribus & ſororibus, ratione cuiuſdam honeſtatis, quæ in nuptiis maxime ſpectatur. l. ſemper. ff. de rit. nupt. licet ſint adoptiui, quia adoptio quoque naturam imitatur. Sed tūc dubitatum fuit, quid iuris ſoluta adoptione: & uidebatur idē reſpondendū ex proxime præcedente. §. ubi diſſoluta per emancipationem adoptione durat adhuc impedimentum: ſed contrarium deciditur, quia cum adoptio ſit tantum iuris ciuilis uinculum, alio ciuili inſtrumēto. i. emācipatione penitus eſt diſſolutum. diuerſitatis aūt rō inter hūc caſum & caſum præcedētis. §. illa eſt, quia paternum illud nomen pudori ſemper eſſe oportet, cum maneant adhuc reliquiæ prioris poteſtatis, arg. l. Vnius. §. ſeruus in eius caput. ff. de quæſt. quod non eſt inter fratres & ſorores. Abhorret. n. a publica honeſtate, ut quis coniungat̄ cū ea, quam loco filiæ prius habuit. l. ſiquis alūnā. C. e.] SYL. Not. ꝙ maior eſt ꝓhibitio deſcendentiū q̄ collateraliū q̄a illa eſt in infinitū, hæc uſq; ad certos gradus. Itē ꝙ inter fratres & ſorores ñ ſunt iuſtæ nuptię ſiue ex utroque, ſiue altero ſe parēte cōtingāt. Itē ꝙ adoptiua, durante adoptione, non ducit̄ in uxorem. Item ꝙ emancipatio inter adoptiuos collaterales ſoluit penitus affinitatem. Item ꝙ finita cā impedimenti finitur impedimentum.]

b ¶ Sed non tanta. ſ. uſq; ad gradū ſeptimū, ſecundum canones, ut. xxxv. q. iij. c. progeniē. & c. de conſanguinitate & c. in copulatione. & c. nulli. ſed ſecūdum leges uſq; ad quartum, ut infra e. §. fratris. Idem hodie iure canoni. † ut extra de conſan. & affi. non debet. & c. ult. ſed tamen aliter accipit̄ gradus ſecundum canones, q̄ ſecundum nos, ut dicetur infra de gra. cog. † Scilicet excluſiue: ſed de iu. ciu.

¶ Adde, ꝙ hodie de iure cano. prohibitio eſt uſq; ad quartum gradū. c. nō debet. §. prohibitio. de conſan. & affi.] SYL. incluſiue, ut īfra eo. §. duorū & iō hāc gl. reprehendit hic Iaſ.

* ADDI. Quod de conſuetudine añ l. Moyſi ꝑmittebant̄ nuptiæ in primo gradu conſanguinitatis & affi. Abrahā . ii. duxit Saram q̄ erat eius ſoror cōſanguinea. Geneſ. xx. ſed ius moſaicū ciuile & canonicum illos gradus prohibuerunt. Leuit. xvij. & c. non debet de conſang. & affi. & hic. H. M.

c ¶ Quādiu. Sic. ff. de uerb. obl. l. ſi ſti-

ſit diſſoluta,[a] poteris eam uxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt ipedimēto nuptiis & iō cōſtat, ſiqs generū [b] adoptare uelit, đbere eū [c] antea [d] filiā [e] ſuā emācipare: et ſi qs uelit nurum [f] adoptare, dēre eū antea filiū ſuū emācipare.

¶ Filia uel neptē fratris naturalis uxorē ducere prohibeť: ſecus adoptiuam. h. d.

¶ Fratris uero uel ſororis filiā, uxorē ducere non licet. Sed nec neptē fratris uel ſororis quis ducere pōt, quamuis quarto gradu ſint. Cuius [g] .n. filiā uxorē ducere nō lʒ, neq; ei⁹ neptē ꝑmittiť. ¶ Eius [h] uero mulieris, quā pr̄ tuus adoptauit, filiā nō uideris ipediri uxorē ducere, q̄a neq;

pulatus fuero. in fi. alias, ſi ſtipuler. §. j. ſic. ff. de li. & poſth. l. ſiquis poſth. in fi.

a ¶ Diſſoluta, quia ipſa eſt emancipata, ut differat a ſequenti caſu.

b ¶ Generum. Ideſt maritum filiæ.

c ¶ Eū. Scilicet patrē.

d ¶ Antea. ideſt primo.

e ¶ Filiam. Hoc iō, quia emācipatione facta deſinit eſſe agnata patri: ergo per p̄rem nō pōt fieri agnata tali filio adoptiuo ut. ff. de adop. l. qui ī adoptionē. hodie uero non deſinit ut infra de leg. agn. ſucceſ. §. ſi. & ita hoc cōſilium hodie non ualet.

SYL. ¶ Adde, ꝙ licet ita communiter teneāt doct. tamen hodie ēt emācipatione tollitur agnatio per iſtum text. Nec obſt. §. ſi. quia non defert patri hæreditatē, ut agnato, ſed ut emācipāti contract. fiducia. Nec ibi dicit, ꝙ iure nouo ſit agnatus, ſed ꝙ ſemper uſ̄ contract. fiducia emancipare: quæ fictio manente agnatione non eſſet neceſſaria.

f ¶ Nurum. Ideſt uxorē filii, ut probatur infra eo. §. affinitatis.

¶ Fratris. ¶ Diuidiť in quatuor partes. In. j. ponit dictum: in. ij. extendit: in iij. aſsignat rationē: in. iiij. ponit quid in adoptiuo. Secunda ibi, ſed nec. tertia ibi, cuius. quarta ibi, eius.

SYL. * ¶ Caſus figuratio facilis eſt. Diciť enim ꝙ filia fratris ſororiſue uxor duci non poteſt, in quo nulla eſt difficultas cū ſit in tertio gradu. Solum uidebatur ſubſiſtendū in eorum nepte, quæ cū ſit in quarto gradu, qui regulariter eſt ꝑmiſſus, uidebať, ꝙ cū ea nuptias liceret contrahere, & tñ reſpondeť contrariū ex regula poſita in tex. cuius. n. &c. Illud præterea quæſitū eſt, an uxor duci poſſet filia ſororis adoptiuæ: & uidebatur ꝙ non, cum teneat tertium gradum: attamen deciditur contrarium ex rōne in text. allegata, quam optime declarat glo. hic, & apertius in. l. ſiqua. ff. eo.] Not. ꝙ inter patruum & neptē ex fratre, uel ēt inter patruū magnū nō licet contrahere nuptias. Itē ꝙ de iure ciuili neptis fratris uel ſororis eſt ī quarto gradu. Itē ꝙ cuius filiā prohibeor uxorē ducere, ita & ei⁹ neptē. Item ꝙ filia ſororis adoptiuę non coniungitur nec ciuili nec naturali iure mecum. Item quod fortius eſt uinculum naturale q̄ ciuile. Item quòd uinculum legale tantum eſt inter adoptantem & adoptatum.

g ¶ Cuius. Sed opponiť: filiam aui uel auiæ non poſſum ducere, tamen neptē poſſum, quæ eſt mihi conſobrina, ut infra eo. tit. §. duorum. Reſpon. hanc regulam ſtrictæ intelligi in eo caſu, in quo loquitur, & in omni ſimili. ſ. quando ego & ille, cuius filiam ducere non poſſum, ſumus in gradu primo ad ſtipitem, & in poteſtate eiuſdem: & ſic, cuius. ſ. fratris, uel ſororis meæ filiam &c. & hoc in naturalibus, ſecus in adoptiuis, ut infra. §. proximo.

¶ Adde, ꝙ Iaſ. hic aliter declarat: ꝙ ſi loquimur in collateralibus æqualibus, ceſſat iſta: ſi uero in iis qui ab. j. ſunt, durat propter reuerentiam: quæ ſatis placet. *Vel dic, ut declaraui in Annot. ꝙ Imperator in uerſi. Sed nec neptem. docet nos reſponſionem, quia cū iam ſit expreſſe deciſus ille caſus, qui obijcitur, in. §. duorum. non poteſt comprehendi ſub regula. l. doli clauſula. ff. de uerb. oblig.] SYL.

h ¶ Eius. Sic conſtrue? Non uideris

naturali neq; ciuili [a] iure tibi coniungit. ¶ **Duorũ fratrũ filii iure cóiũgunt, ſecus in amita & matertera & magna. h. d.** ¶ Duorum [b] autem fratrũ uel ſororũ liberi, uel fratris & ſororis, coniungi poſſunt. ¶ Itẽ amitã [c] licet adoptiuã [d] ducere uxorem non licet: itẽ nec materterã: [e] quia parentum loco habent. Qua rõne uerum eſt, magnã quoque amitã & materterã [f] magnã prohiberi uxorẽ ducere. ¶ **Nõ põt aliquis cõtrahere matrimoniũ cũ nuru uel priuigna pñti uel pterita. h.d.**

impediri ducere uxorem filiam eius, quam pater &c.

a ¶ Ciuili iure. De naturali conſtat: de ciuili ſic probo. Illa filia ſororis adoptiuæ non eſt in poteſtate matris, ut infra de heredum qual. & diff. §. qua de cã ergo nõ trãſit in ptãtẽ illius qui adoptat matrem, licet mater tranſeat: quia illi tranſeunt cũ aliis qui ſunt ĩ ptãte ut infra ti. j. §. illud. & ff. de adopt. l. ſi pater. at ipſa mater adoptata, eſt mihi coniuncta per agnationem per patrem, in cuius poteſtate eſt. ff. de adopt. l. qui in adoptionem.

SYL. ¶ Adde, ꝙ gl. in. l. ſi qua. in uerbo Adoptiuæ. ff. de ritu nup. apertius declarat, & aſsignat aliam rationem.]

Diuiſio ¶ Duorũ. Diuidiẽ in tres partes. Primo ponit de duobus conſobrinis: ſecundo de amita: tertio de matertera. Secũda ibi (Item amitam.) Tertia ibi (Item nec materteram.)

SYL. ¶ Caſus. Primo dubitatum fuit, quid in deſcendentibus fratrũ & ſororũ, an iuſtas inter ſe nuptias contraherent: & rõ dubitandi oriebatur ex eo, ꝙ nuptię prohibitæ erant in quarto gradu, ſupra §. proxi. decidiẽ tñ contrarium, quia in æqualibus nõ cadit rõ honeſtatis & reuerẽtiæ, quæ cadit in ſuperioribus, qui quaſi loco patris ſunt qua rõne fuit ẽt idem reſponſum in amita & matertera quamuis adoptiua: & ratio eſt aſsignata in tex. No. ꝙ filij duorum fratrum iure inter ſe nubunt. Item ꝙ amitam & materteram etiam magnam ducere in uxorem, ẽt ꝙ adoptiuæ ſint, non poſſumus. Item ꝙ amita & matertera ſunt loco parentum.]

b ¶ Duorum. Hoc ſecundũ leges, ut hic, & C. eo. l. celebrandis. ſecus iure canonum. Vel dic hunc. §. loqui de adoptiuis, ſecus in naturalibus.

SYL. ¶ Adde ꝙ loquitur in utriſque, & de iure can. hodie corrigiẽ. c. nõ debet. §. prohibitio. de conſang. & affi.

c ¶ Itẽ amitam. quæ eſt ſoror patris.

d ¶ Adoptiuã. Ab auo paterno.

e ¶ Materterã. Caute nõ reperit, adoptiuam materteram &c. quia matertera uel auunculus non fit adoptione, ut ĩ, & ſupra eo. §. eius. & ff. eo. l. ſi qua. §. fi. Sed contra vr̃. ff. de ritu nup. l. per adoptionem §. fi. Reſpon. illud intelligatur, qñ adopto in nepotem quaſi ex filia natũ, uel in pronepotem quaſi ex nepote natum ex filia, quod poſſum, ſicut ſi nullũ haberem filiũ, ut ĩ. tit. j. §. licet. tunc. n. ſoror & frater eius, loco cuius filij facta eſt adoptio, eſt matertera & auũculus: alij mihi filij ſunt, ut patet: & ſic nõ imitaẽ nãm: quia aliter nepos ex filia nãli & legitima nõ eſt in ptãte: hic aũt cum ſuis concor. loquiẽ, quando aliquã adopto ĩ filiam, hæc quidẽ non erit matertera filij nati ex alia mea filia & nãli & legitima. Sed quæ eſt rõ diuerſitatis? Reſpõdeo: quia altero caſu. ſ. quando adopto in nepotem ex filia eſt commodum materteræ & auunculo: quia maiores quidẽ parentes imperant minoribus: quod ſecus eſt in aduerſo caſu: & ex hac depẽdet alia: ut naturales & legitimi ſint adoptiuo ſubiecti: & eſt ridiculum: econtrario caſu eſſet æquum.

SYL. ¶ Ad declarationem iſtius gl. uidenda ſunt quæ poſt Ang. & Chriſt. dixi hic in Commẽ. latius enim neceſſe eſt declarare, q̃ capiat additio.]

Matertera magna
Amita magna
Frater aui materni

f ¶ Materteram magnam. Magna matertera, ſoror auiæ maternæ eſt: amita magna, ſoror aui paterni eſt, ut infra de gra. cog. §. iiij. Sed quid de fratre aui materni? Reſpond. eſt patruus ma-

an dicatur patruus magnus

gnus, ut C. de ſucceſ. edi. l. j. licet Pla. contra ut ibi no. Sed cum ſint in quarto gradu, quare prohibent̃, ut. ſ. eod. §. fratris? Reſpon. quia hæ perſonæ ſunt de ſuperioribus tranſuerſalibus, q̃ habentur loco parentũ, ut in hoc. §. & quia ipſa eſt ĩ primo gradu ſtipitis, ut no. ſupra e. §. ſed nec neptẽ. & ſic nota caute, quia ordo

† alias deeſt i.

¶ Affinitatis [a] quoque ueneratione, a quarũdam [b] nuptiis abſtinere neceſſe ẽ: ut ecce priuignam [c] aut nurum † in uxorem ducere non licet: quia utræq; filiæ loco [d] ſunt. Quod [e] ita ſ. accipi debet, ſi † fuerit nurus aut priuigna tua. Nã ſi adhuc nurus [f] tua eſt, ideſt, ſi adhuc nupta eſt [g]

† alias fuit.

tranſuerſaliũ ſubdiuidit̃ in tres partes, ſupra infra, & ex latere, ut. j. de gra. §. iij. iiij. v, &. vj. & maior eſt abſtinentia uerſus ſuperiores, ut hic, & inferiores, ut ſupra eo. §. fratris. q̃ trãſuerſales, ut ſupra eo. §. duorum.

Diuiſio

¶ Affinitatis. ¶ Diuiditur in ſeptem partes. Nam primo ponit quandã prohibitionem in genere. Secundo illã prohibitionem exemplificat in nuru & priuigna. Tertio rõnem prohibitionis factæ de nuru & priuigna aſsignat. Quarto dictam prohibitionem de nuru factam modificat. Quinto rõnem dictæ modificationis aſsignat. Sexto modificat prohibitionem circa priuignam. Septimo rõnem dictæ modificationis aſsignat, Secunda pars incipit ibi (Vt ecce.) Tertia ibi (Quia utræque.) Quarta ibi (Quod ita, ſcilicet) Quĩta ibi (Quia eadem.) Sexta ibi (Itẽ ſi.) Septima ibi (Quia duas.) Aret.

SYL.

¶ Affinitatis quoque ueneratione.

Caſus. ¶ Quærebat̃, an prohibitio nuptiarum ratione agnationis traheretur ad affines: & ratio dubitandi erat: quia affinitas, utpote contracta per fœminas, non uidebatur paris potentiæ cũ agnatione: * quemadmodum nec antiquitus erant pares in ſucceſsionibus infra de leg. agn. ſucceſſ. & de ſucceſ. cogn. in princ.] cuius contrarium reſpõdetur ex eo, quia nurus & priuigna, de quibus primo loco fuit dubitatum, filiæ loco habentur ẽt diſſoluta affinitate: nam ea conſtante alia rõne abſtinẽdum eſt ab ipſarum nuptiis: quia quis duas uxores habere non põt, ut hic dicitur. * Abhorret enim lex coniunctionem illarum perſonarum, quæ inter ſe parentum liberorumue locũ obtiuent. §. ergo. ſupra eod.] Not. quòd ratione affinitatis prohibentur etiam nuptiæ. Item quòd nurus & priuigna filiæ loco ſunt. Not. ꝙ ubi ſunt due rationes finales, una ceſſante, alia non, nõ ceſſat diſpoſitio. Item ꝙ. l. in dubio debet interpretari in caſu probabiliter dubio. Itẽ ꝙ non licet eodem tempore habere duas uxores. Itẽ ꝙ dictio, quoq;, eſt implicatiua. Itẽ ꝙ nomina affinitatis durãt ea ſoluta: & uerba præteriti tẽporis ſunt abnegatiua preſentis temporis.]

a ¶ Affinitatis. Eſt autem affinitas, regularitas perſonarum ex nuptijs coniunctarum, omni carens parentela, ſcilicet ſanguinis, † ut ff. de gra. affi. non facile. §. affines. &. §. ſciendum eſt. ideõ dicit, ex nuptijs, † quia ſine nuptiis cõtrahi non poteſt: ſed ſecundum canones etiam ſine nuptiis.

Affinitas q̃d.

† Vel iõ dr̃ affinitas, quia ꝗ unus tẽdit ad fi. alterius, & ecõuerſo ſcd̃m Chriſt.

¶ Adde, ꝙ affinitas eſt proprie perſonarum proximitas ex coitu ꝓueniens, omni carens parentela. ita diffinit̃ cõiter per Cano.] Sed cum uxor uideatur affinis uiro, quare permittit̃ matrimonio uti? Rñdeo non eſt affinis, ſed cã affinitatis: ſicut unus nõ eſt numerus, ſed principium numeri.

SYL.

† hoc ꝓbat Angel.

¶ Adde, quod hæc eſt communis opinio. ut per doctor. in. l. prima. C. unde uir & uxo.]

SYL. quo ad m̃rimoniũ prohibẽdu, ꝑ. l. adoptiuus. §. ſeruiles uer. idem tã ff. eo. & ff. de ri. nupt. l. & nihil

b ¶ Quarundam. ſ. mulierum.

c ¶ Priuignam. Hæc nomina exponuntur ſtatim proxi. in uerſicul. quod ita &c.

d ¶ Loco ſunt. Facit ad hoc. ff. ſol. ma. l. quia. ij. & l. rei iu. §. fi.

e ¶ Quod. i. quæ prohibitio.

f ¶ Nurus eſt. Quæ contineantur appellatione iſtarũ, dic ut ff. eo. l. adoptiuus. §. nunc uideamus.

g ¶ Nupta eſt. Arg. ſumitur hic, & ex proximo. §. quòd ſi quis habet generale au-

le auxilium, nō pōt petere ſpeciale, ut ff.de min.l.in cauſæ.ij.& de uer.obl.do li.& ff.de eden.l. quædā ſunt in prin.
a ¶ Alia rōne. Non ſolum ſupradicta.
b ¶ Non licet. immo efficit infamis, ut C.ad.l. iu li.de adult.l. eum qui.

d ¶ Prohibitū eſt. iure affinitatis:& ad hoc refert illud Quod & ipſum &c.
e ¶ Affinitate. Hæc litera ſibi contraria vr̄: nam ſi diſſoluta eſt affinitas, non ergo dn̄t nuptiæ ratione affinitatis impediri. Sed dic Diſſoluta &c.i.diſſoluto matrimonio, propter quod continuatur affinitas: ſed ipſa affinitas non eſt diſſoluta.

filio tuo, alia [a] rōne uxorem eam ducere nō † poteris: quia ea dē duobus nupta eſſe non pōt. Itē ſi adhuc priuigna tua eſt, id eſt ſi mater eius tibi nupta eſt, ideo eā uxorem ducere non poteris, qa duas uxores eodem tēpore habere non licet. [b]

¶ Cū ſocru uel nouerca, pn̄ti uel præterita, matrimoniū cōtrahi non pōt. Are.

¶ Socrum [c] quoque & nouercā prohibitum [d] eſt uxorē ducere: quia † matris loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demum affinitate [e] procedit. Alioquin ſi adhuc nouerca [f] eſt, id eſt ſi adhuc patri tuo nupta eſt, cōi iure impedit̄ tibi nubere: qa eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt ſi adhuc filia eius tibi nupta ē, iō impediuntur tibi nuptiæ, quia duas uxores habere nō potes. [g]

¶ Filii coniugum ex alijs matrimonijs licite contrahunt. h.d. ex.l.generali.§.inter priuignos. ff.eo.

† alias poſsis.

ADDIT. Idem in habente duas ſponſas, uel cōcubinas: ſeu uxorem & concubinam, ut eſt glo.no.in.§. autepen.ſup uerb. conſiſtente. in auth. qui. mo. na.effi.ſul.licet de facto non obſeruetur, ut hic p Iaſ.

¶ Socrum.

Diuiſio ¶ Diuiditur in quatuor partes: quia primo ponit unum dictū prohibitiuū cum rōne ſecundo illud modificat: tertio modificatum declarat circa nouercam cum ratione: quarto declarat circa ſocrum cū ratione. Secunda ibi (Qđ & ipſum.) Tertia ibi (Alioquin.) Quarta ibi (Item ſi.) Are.

* †Nouercā eſſe loco matris, qūo intelligat̄, declarat Dec. in 1. j. col. j. C. de ī ius uoc. & Alex. in.l.generaliter, col. ij. ff. eo. tit. SYL.

¶ Caſus. Eodem modo figurari pōt, quo in ſuperiore.§. cum proſequat̄ eadem exempla. Rō dubitandi erat, quia ſoluta affinitate, tanquam ceſſante cā, uidebat̄ impedimentum deficere: cuius contrarium r̄ndetur ex eo, ꝙ matris loco ſunt, ſicut ſuperiores filiæ loco erāt. Not. ꝙ diſſoluta affinitate non licet ſocrum aut nouercam ducere uxorē. Itē ꝙ hæ matris loco ſunt. Item ꝙ ceſſante una ex cauſis, alia remanente, non ceſſat effectus.]

c ¶ Socrum. Quæ ſint hæ perſonæ, dic ut ff.eo.titu.de rit.nupt.l.adoptiuus.§. nunc uideamus.

¶ Adde, ꝙ quo ad impedimentū matrimonii & quo ad ſucceſsionē durat: quo ad alia non: ita cōiter tenet̄ in.l.iij §.affinitatis.ff. de poſtula. in l. ſicut.ubi Ia. ff. de re iu.] SYL.

f ¶ Nouerca. ſic dicta, quaſi nocēs arcus: Vel quia noua eſt arca, quaſi ſine fructu:& facit.ff.de inoffi.teſta.l.iij. in fi.& l.iiij.

* ADDIT. Immo quaſi noua domus princeps a patre ſuperinducta, quaſi νεώρχος ad accerſendam familiam.

¶ Adde, ꝙ dr̄ quaſi quæ noua domus princeps a patre ſuperinducatur.] SYL.

g ¶ Non potes. alias Non poſsis. ſ. eodem tempore ſubaudi, ut. s̄. proxi.§.

¶ Mariti Non diuidit̄ propter unicā uerborum ſtructuram.

¶ Caſus. Quæſitum fuit, an filij duorum coniugum ex alio matrimonio iure copularent̄: & dubitationē faciebat: quia cū ſint priuigni patris uel matris ſuæ, & per conſequens loco filij, uidebatur, ꝙ ad inuicem præſumerent̄ loco fratrū: quia ſe affinitate attingunt: cuius contrariū r̄ndet̄ ea rōne, quia (ut dixi) non ita par gradus tranſuerſalis SYL.

E

eſt in conſideratione, ſicut diſpar, pp affinitatis ueneratiouem: licet ergo habeant certo modo loco fratrum, tñ nō ſunt: & reuerentia, q̄ facit conſiderari quem pro patre, matre, uel filio, ceſſat exiſtēte gradu æquali:& quia quāuis agnati uxoris fiant affines uiri, & e contra, tñ inter affines utriuſq; non contrahit aliqua affinitas impeditiua matrimonij.ca. quod ſup his. de conſangu.& affi.No. ſummarium. Item q̄ dictio, recte, idem importat, quod iuſte & legitime:& in hoc differt a dictione, rite, q̄ importat.i. ſeruatis ſolēnitatibus.l. iuſtæ.& ibi no.ff.de acqu.poſſ.

¶ Mariti [a] tamen filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, uel contra, [b] matrimoniū recte contrahūt, licet hēant [c] fratrē ſororēve ex [d] matrimonio poſtea [e] contracto natos.

¶ Non licet in uxorem ducere filiā uxoris quondā tuæ natā poſt diuortium, ſicut nec ſponſam patris aut filij. h. d. ex.l. ſi qua.ff.eo.

¶ Si uxor tua poſt diuortiū ex alio filiam procreauerit:hæc nō eſt quidē priuigna [f] tua, ſed Iulianus ab hmōi nuptiis abſti-

a ¶ Mariti. licet inter ſe frater & ſoror prohibeantur, ut ſupra eo.§.inter eas. tamen &c.

b ¶ Vel contra.i.econtrario.

c ¶ Habeant.illi minores.

d ¶ Ex matrimonio. maiorum.

e ¶ Poſtea. i.ſ. poſt natiuitatem iſtorum: & ſic aduerbium, poſtea, determinat dictionem, contracto: uel dic, q̄ determinat uerbum, habeant:& dic, contracto.ſ.prius. Nā q ex eo matrimonio, ſ.maiorū naſcunt, fratres ſunt ex parte matris illi, qui natus eſt uel nata prius ex fœmina. Idem dicas econtra: q̄ erit frater uel ſoror ex parte patris illi, qui fuerat ex illo patre natus: & tñ iſti nullo iure ſibi inuicē iūgunt.uiro.n.cognati uxoris iungunt, & non alijs cognatis uiri.Idē econtra:quia cognati uiri uxori iungunt, non aūt alijs cognatis uxoris. Vñ reprobat quorundā opinio, q dixerunt, q̄ nullus de arbore ducit alium: nā in ea continent cognati uiri & uxoris, & tñ iungunt, ut hic dr. Nec inter ſe añ matrimoniū inter duos cognatos uiri & uxoris cōtractū ſuccedūt, ut C.cōia de ſuc.l.amitæ.nec poſtea, niſi ſicut facit uir uxori, deficiente oī parentela, &

† Dū dicit in ſecūdo intellectu q̄ uerbum poſtea, poſſet ſieri ad uerbū, hēant. & cōtracto. ſ. prius, intelligite prius .ſ.q. iſti duo cōtrahebāt matrimoniū. Ia. Ma.

excluſo fiſco, ut C.unde uir. & uxo. l.j. & in auth.ibi ſignata.

¶ Adde, q̄ de hoc eſt caſus in c. quod ſuper his.de conſan.& affi. * & ſi uerba.d.l.amitæ. uidebunt adoleſcentibus ſubobſcura adeāt hoc in loco noſtros Com. ubi in eorū gratiā poſuimus figurationem caſus.] SYL.

¶ Si uxor. Diuiditur in duas partes: in j.ponit dictū: in ij.rōnē p locū a ſimili. ij.ibi, nam cōſtat. SYL.

¶ Caſus. Quærebatur, an filia uxoris. q meæ, a qua diuortium feci, poſſit duci in uxorē: & uř dicendū q̄ ſic, * quia cum non ſit priuigna mea, ex quo nata non fuerit añ nuptias cū eius mře contractas, ſed poſt diuortiū, nec alio ullo iure mihi iungat,] non uidebat ſubeſſe aliquod impedimentū: cuius contrariū decidit pp rōnem publicæ honeſtatis: ſicut in ſponſa patris & filij obſeruatū eſt.* Valde.n.abhorret ab honeſtate, q̄ in primis ſpectanda eſt in nuptijs, q̄ quiſpiam matrē & filiā uxores habuerit.] No.ſummariū. Itē q̄ publica honeſtas ſeruat in matrimonijs. Item q̄ appellatione nurus non uenit ſpōſa filij:nec appellatione nouercæ ſpōſa patris. Itē q̄ ex hoc tex. uř quaſi, q̄ ſi contractū ſit matrimoniū, non dirimat:q̄d hodie ſecus eſt.c.ſponſam. de ſponſa. Item q̄ ualet argumentum a ſimili.]

f ¶ Priuigna. quia illa eſt priuigna mea, q̄ ex mea uxore eſt nata, antequā eſſet uxor & fœminæ ille eſt priuignus qui ex marito natus fuit, antequā ſuus eſſet maritus, ut.j.eod.§. affinitatis. & §.ſocrum.ſed hæc poſtea fuit nata: tñ dicit Iulianus abſtinendum rōne honeſtatis (j) ut ſubiicit,& ff.eo.l. ſi qua.§. ſi uxor.& l.ſemper. & ad hoc inducit duo argumenta, Nam &c. Priuigna. Priuignus.

ADDIT. (j) Quæ orit̄ ēr ex ſponſalibus de futuro, & de facto contractis,

ut non poſsit contrahi cum aliquo primi contrahentis conſanguineo.c. j. de deſpon.impub.in vj.Ang.

a ¶ Nurum eſſe. Licet ſit ſponſa, tamẽ non eſt nurus, anteq̃ eius ſiat uxor: & ecõtra, licet ſit ſpõſa patris, q̃a uxor non eſt pr̃is adhuc, ideo non eſt filij nouerca, ut hic, & ff. de ritu nupt. ſi qua.§.j.& tñ licet nulla ſit affinitas, ẽ abſtinẽdũ, ut ſubijcit Rectius &c.

b ¶ Rectius A ſimili cõcludit in caſu propoſito primo in hoc.§.

† Idẽ in ſponſa alicui, quã nullus con ſanguineorum ſponſi põt ducere uxorem, ut in c. ſpõſam extra de ſpõſ. & matri. † alias

neri † debere ait. Nã conſtat, nec ſponſam filij nurũ eẽ, a nec patris ſpõſam nouercã eſſe: rectius b tamẽ & iure facturos c eos, q̃ ab hmõi nuptiis † ſe abſtinuerint.

¶ Inter ſeruos ẽt manumiſſos cognatio ĩpedit matrimonium

SYL. deeſt ſe

* ¶ Ioan.Fab.& Ang.putant hoc eſſe conſilium, ac per hoc ualiturum matrimonium, ſi de facto contraheret: quorum opi.uidetur huic text. maxime repugnare: etenim ſi iure facient qui abſtinebunt ab huiuſmodi nuptijs, non iure igitur facturi ſunt qui contrahere audebunt, & conſequenter matrimonium erit inualidum.§. ſi aduerſus. infra eo.de quo latiſsime diſſerui hic in Commen.]

c ¶ Facturos.ſ.ſcimus, uel conſtat.

¶ Illud certum eſt ſeruiles.

SYL. ¶ Diuidit in duas partes. In prima ponit dictũ: in ſecunda remittit ſe ad ff.

¶ Caſus. Quęſitum fuit, an q̃d dictum eſt in liberis, habeat locum in ſeruis: & uidebatur dicendũ q non: quia cũ iſta agnationis & cognationis iura ſint a iure ciuili, ea non uidebanẽ pertinere ad ſeruos.l.quod attinet.ff.de reg.iu.* q ſi loquamur poſt ſecutam manumiſsionem, idẽ quoq; uĩ dicendũ, ut cognationis cauſatæ in ſeruitute nulla debeat haberi conſideratio. Videmus.n. q ſi liber efficiatẽ ſeruus, perit ius cognatiõis pp ſeruitutem.§.quod autem.j.de capi.diminu.ergo multominus dicendum eſt, q in ſeruitute cauſetur cognatio, cum facilius impediatur aliquid fieri, q̃ poſteaquam factum eſt tollatur l. patre. ff.de ijs qui ſunt ſui uel alien.iur.cuius contrarium deciditur, quia adſunt iura ſanguinis pariter in ſeruis ſicut in liberis, quæ nullo iure ciuili aut gentiũ tolli poſſunt. Nec obſt.§.quod autẽ. quia uerũ eſt perimi cognatio nem quo ad effectus iuris ciuil. ut quo ad ſucceſsionẽ & tutelam, nõ quo ad ſui eſſentiã, matrimonijve cõtractum, qui fundaẽ ſup rõne naturali, q̃ dictat nõ eſſe honeſtum, ut qui tam arcto naturæ uinculo iuncti ſunt, matrimonio ẽt copulenẽ.] No. q ſeruilis cognatio eſt impeditiua matrimonij. Item q ſufficit allegare librum, abſq; eo q allegeẽ lex. Item q iura ſanguinis maneut in ſeruis.]

contrahendum.

¶ Illud certum eſt, ſeruiles d quoq; cognationes, e impedimento nuptiis eſſe: ſi forte pr̃ & filia, aut frater & ſoror manumiſſi f fuerint.

¶ Sunt & aliç pſonę, q̃ pp diuerſas rõnes nuptias contrahere

d ¶ Seruiles.i.dum durant ſerui.

e ¶ Cognationes. i. conſanguinitates q̃ ſunt inter ſeruos: & impediũt nuptias inter eos: itẽ affinitas, ut hic, & ff.eod. adoptiuus.§.ſeruiles.S; quomodo hoc, cum nulla cognatio ſit inter eos, ut.ȷ̃. de capi.dimi.§. quod aũt? Sed illud in iure ſuccedendi, & in tutela, uel hæreditate dicit: hoc autem in iure ſanguinis, quod nullo iure ciuili tolli poteſt, ut hic & ff.de reg.iu.l.iura ſanguinis.& per conſequens ẽt in prohibitione matrimonij. Sed nonne & alia rõne inter eos matrimonium impedit: quia ſunt ſerui, ut ſupra eo.tit. j.reſpon. & C. de inceſt.nup.cum ancillis? Reſpon.durã te ſeruitute hæc ſunt duo impedimenta: & eis manumiſsis durat hoc unum, ut ſequitur.

¶ Adde hoc de iure cano.eſſe correctũ c.j.de conui.ſer. quod præponit etiam in foro ciuili quo ad matrimonia ut dictum eſt.] SYL.

f ¶ Manumiſsi fuerint. Vel ambo, & tunc tñ eſt impedimentum ſanguinis: uel unus tantum, & tunc duo ſunt, quæ impediunt, ut modo diximus.

a ¶ Ennmerari. Poſſunt aūt enumerari quatuordecim modi cum his, quos in hoc titulo habemus. Primus eſt rōne ſeruitutis. ut. ſ. eod. j. reſpon. & C. de iu ceſt. nup. l. cum ancillis:

SYL. ¶ Adde, φ hoc corrigit j. d. c. j. de cō iu. ſer.] Secūdus eſt ratio ne ætatis, ut mares mino res xiiij. an. fœminæ minores. xij. ut ſ. eod. ij. reſpon.

prohibentur: quas in libris Digeſtorū ſeu Pandectarū, ex ueteri iuř collectarū, enumerari [a] pmiſimus.

¶ Oi effectu & noie matrimonij et quo ad filios carent, qui contra ll. coeūt: nec dotes repetūt, & pœnas incurrunt. h. d.

¶ Si aduerſus ea q̃

SYL. ¶ Adde, φ de iure cano. attendit potentia coeundi. c. puberes de deſpō. ipub.] Tertius ratione ſanguinis: quod in tria diuiditur. ſ. aſcendentes, & deſcendentes, & collaterales, ut. ſ. eo. §. ergo. & §. īter eas. & §. fratris. & §. eius. & §. duorum. Quartus rōe adoptionis, ut ſupra eo. §. ergo. & §. inter eas. in fi. utriuſq;. Quintus ratione affinitatis præſentis, præteritæ, & futuræ, ut. ſ. eo. §. affinitatis. & §. ſocrum. & §. ſi uxor. Sextus ratione matrimonii. Nam ſi hēt unā, non debet habere alterā eodem tempore: alias eſt infamis, ut. ſ. eo. §. ſocrum. in fi. & §. affinitatis. in fin. & C. ad l. iul. de adult. l. eū. Septimus per ſenatuſconſultū, quod uetat fieri matrimoniū inter tutorem & curatorem & filios eorū ad quondam pupillam & adultā ſuam uel patris, ut C. de interd. ma. inter tu. l. j.

SYL. ¶ Adde, φ de iure can. corrigit hoc c. fi. de ſecun. nupt. & ibi Abb.] Octauus per legem Papiam & Iuliam. ſ. inter ſenatores & eorum liberos, & libertas, uel alias uilis cōditionis fœminas, ut ff. de ritu nupt. l. lege Papia. & C. de nup. l. ſi libertam. quod capitulū hodie correctum eſt, ut in auth. ut li. de cet. au. §. ſi quis autem. coll. vj.

SYL. ¶ Adde, φ & hoc corrigit. d. c. fin. ubi abb.] Nonus eſt, ut inter præſidem & ſibi ſubiectam rōne iuriſdictionis, ut C. de nup. & ſi contra. & C. ſi quacunq; præ. po. l. j. Decimus eſt per conſtitutionem principis ut cum ea quam quis de ſacro fonte leuauit, ut C. de nup. ſi quis alumnam. in fine. Idem ſeruatur de ipſa commatre, licet noſtro iure cautum non reperiatur.

SYL. ¶ Adde idē ſeruari de iure cano. c. j. & ij. de cog. ſpi. de qua cognatione ſpirituali dixi pleniſsime hoc loco in Commen.] Vndecimus eſt rōne honeſtatis, ut. ſ. eo. §. ſi uxor, & ff. eo dē. l. ſi qua. Eſt & duodecimus rōne ordinis annexi: ut cum clericis ī ſacris ordinibus conſtitutis, ut in auth. quō opor. epiſ. §. hæc autem. coll. j. & in auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi quis colla. ix. † Eſt & tertiuſdecimus: ut in monachis cōuerſis & monialibus licet non ſint in ſacris ordinibus conſtituti, ut in auth. de mona. §. autepe. col. j. & in auth. de nupt. §. per occaſionem. coll. iiij. Eſt & xiiij. in muliere rapta q̃ proprio nubit raptori: quod prohibetur, ut in auth. de rap. mulie. q̃ prop. raptu nu. §. j. coll. ix.

Ordo ſacer īpedit mrīmoniū.

† Secus in cōſtitutis in non ſacris uel minoribus ordinibus qui ſi ī SYL. cedant in habitu & tōſura, gaudēt priuilegio. c. ſi qs ſuadente. xvij. q. iiij. & priuilegio fori ut ca. j. de cler. coniug. lib. vj.

SYL. ¶ Adde, φ de iure can. hoc corrigitur, c. fi. de rap. & quia in his ipſum ius can. attendit, dicas de iure cano. eſſe aliqua impedimenta, q̃ impediunt contrahendum & dirimunt contractum, q̃ claudūtur his uerſibus. Error, conditio, uotū, cognatio, crimen: Cultus diſparitas, uis, ordo, ligamē, honeſtas: Sexus & affinis: ſi forte coire nequibis. Hæc ſociāda uetant connubia, facta retractant. Aliqua uero impediunt, ſed non dirimunt, de qbus his uerſibus. Inceſtus, raptus, ſpōſatæ, mors mulieris: Suſceptus propriæ ſobolis, mors presbyteralis: Vel ſi pœniteat ſolenniter, aut monialē Accipiat prohibenr hæc coniugiū ſociandū: Eccleſia uetitū, necnon tps feriatū, Impediunt fieri, permittūt facta teneri. Quorum uerſuum declarationē ponit Henri. Boyc. in c. literæ. de frig. & male.]

SYL. ¶ Si aduerſus ea quæ. ¶ Diuidit i tres partes. in prima ponit dictum quātum ad contrahentes contra ll. in ſecunda quantum ad filios. in tertia quantū ad alias pœnas. ſecunda ibi Itaque. tertia ibi Qui autem.

* ¶ Caſus. Non eſt figurandus niſi literaliter * Cum Imperator diffinierit

diximus [a] aliqui coierint: nec uir, nec uxor, nec nuptię, nec matrimoniũ, nec dos intelligitur. Itaque [b] ii qui ex eo coitu naſcuntur, in ptãte patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantũ ad [c] patriam poteſtatem ptinet) quales ſunt ij, quos mater uulgo [d] concepit. † Nã nec hi [e] patrem habere intelliguntur: cum & his pater icertus ſit. [f] Vnde ſolent filii ſpurii appellari, uel a græca [g] uoce † νόθοι, id eſt uulgo concepti: uel ἀπάτορες, quaſi ſine pa--

iuſtas nuptias eſſe illas, quæ ſecundum præcepta legum contrahuntur, ſimulq; expoſuerit caſus, in quibus matrimonium contrahi leges uetant: nunc infert, ꝙ qui aduerſus ſupraſcriptas prohibitiones coierint, iniuſtas nuptias contraxiſſe intelliguntur. Quo fit, ut cum iuris effectu exutæ ſint, careẽt de beãt noĩe a legibus impoſito. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bo. poſſeſ. contra tab. Itaq; nec uir, nec uxor, nec nuptiæ, nec dos appellatur: & qui ex eo coitu naſcunẽ, non ſunt in poteſtate parentum, cum ſint ex iniuſtis nuptijs procreati. ſ̄. de patr. pot. in princ. ſed quantum ad patriam poteſtatem ſimiles ſunt uulgo conceptis: quia ſicut illi patrem non habere finguntẽ, quia illum habent incertum, ita & hi perinde exiſtimantur, ac ſi parẽ non haberent, quia illum habent, quem habere non licet, reliqua in tex. ſunt plana.] Not. ꝙ appellatione uiri, uxoris, nuptiarum, matrimonij, intelligĩẽ de legitimis: & ſic ꝙ diſpoſitio loquens de aliquo, intelligĩẽ de legitimo. Item ꝙ filii ex coitu illegitimo non ſunt in poteſtate, qa non ſunt ex iuſtis nuptijs. Item not. ꝙ ſpurij æquiparantur uulgo conceptis: & uulgo concepti intelliguntur nõ habere patrem. Item unde dicantur ſpurij. Item ꝙ ubi non eſt matrimonium legitimum, non eſt dos: & diſſoluto tali matrimonio non eſt locus exactioni: alicuius dotis. Item ꝙ coitus contra ll. punitur aliis pœnis. Item ꝙ actus contra ll. caret non ſolum effectu, ſed noĩe. Item ibi, Nec hi patrem. no. ꝙ idẽ operatur fictio quod ueritas quo ad iuris effectum. Item ꝙ uerbum, intelligitur, denotat fictionem.

a ¶ Diximus. ut. ſ̄. eo. per totum, & ẽt adiecimus in proxi. §.

ADDIT. Vide clemen. j. de conſangui. & affin.

b ¶ Itaque. bene infertur ut ſupra ti. j. in princ.

c ¶ Ad patriam poteſtatem. Propter hunc caſum poſuit de nuptiis poſt titulum de patria ptãte.

d ¶ Vulgo. ſ. qui patrẽ demõſtrare nõ poſſunt, uel illicitũ, ut ff. de ſtat. ho. uulgo.

e ¶ Nã nec hi. Scilicet uulgo concepti. Vel dic hi de quibus loquitur, ſcilicet illicite concepti.

† alias nã nec hi prẽm habere intelliguntur cum: & ijs prĩ incert⁹ ẽ.

† alias ἀποράτορες.

* ¶ Prima expoſitio uerior, quam intellige, ut declaraui in figuratione caſus:] ſed quod dicitur de illicite conceptis, adde hoc uerum, ſi uterque ſciuit: ſi uero alter coniugum ignorauit, filii legitimi ſunt de iure canonico capitulo ſecundo qui filij ſint legit. & ſuccedunt patri etiam ſcienti. c. ex tenore eod. tit.] SYL.

f ¶ Incertus ſit. Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnus: Cui pater eſt populus, non habet ille prẽm. & ſecundum hoc dic his ſcilicet uulgo conceptis. Vel dic his ſcilicet inceſtuoſis: & tunc dic iuris fictione eſt incertus.

* ADDITIO. Plutarchus Problem. Quum ueteres, inquit, prænomina notis ſcriberent, ut Sex. pro Sextus, Ser. pro Seruius, Sp. pro Spurius: eos autem qui uulgo concepti erant ita notarent S. P. id eſt ſine patre, errore factum eſt, ut qui ſine patre dici deberẽt, Spurij appellati ſint.

g ¶ A græca uoce nothi. Nothos græce dicitur latine ſpurius: & apator quaſi ſine patre: & ſimili ratione amator dicitur ſine matre.

¶ Adde, ꝙ hoc uocabulum late declarat Budæus in ſuis Annot. in l. uulgo. ff. de ſta. hom. * Alciatus tñ libr. j. Præ- SYL.

termiſ.reponit ſporadin. i.uulgo, paſſim, & ſparſim, cuius ſentẽtiam amplexus ſum hic in Anno.]

*ADDITIO. Spurius dicitur a græca uoce σπορὸν quod ſignificat pudẽda Plu. in Probl. Sabinos uxoris pudenda Sporion appellare, & inde ſpurium dictum uel a σπείρειν ſeminare quia nihil habet a patre niſi ſemen. Vnde ſpurios uerius dicimus alterius, aut ĩcerti auctoris. Auſ. Quique notas ſpurijs uerſibus appoſuit. H. M.

† alias actioni.

tre[a] filij. Sequitur[b] ergo, ut diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis † exactioni[c] locus ſit.

¶ Qui aũt prohibitas[d] nuptias contrahunt, & alias pœnas[e] patiunẽ q̃ ſacris conſtõnibus continenẽ.

¶ In poteſtatem patris rediguntur, qui per oblationem curiæ legitimanẽ, uel p̃ ſubſequens matrimonium.h.d.

¶ Aliquando autem euenit, ut liberi, qui ſtatim ut nati ſunt, in poteſtate parentum[f] non † fiant, poſtea † autem redigantur in poteſtatem patris: qualis eſt is, qui

† alias fiunt alias ſunt.

† alias uacat autem.

a ¶ Sine patre. Iure ciuili inſpecto.

b ¶ Sequiẽ. Bene infert: cum.n. ſine matrimonio eſſe non põt.ſ.dos, & ubi non eſt dos, actio dotis non eſt, ut C.de do.ante nup.l.fi.ibi, ſicut enim &c.

c ¶ Exactioni.ſ.per actionem ex ſtipulatu, q̃ daẽ pro dote ut.ĩ.de actio.§. fuerat. Sed nunq̃d p̃ condictionem ſine cã, uel ob cauſam, quaſi ob cãm datũ fuerit, nec cã fuit ſecuta? Rñ.Pla.quod ſic: ſiue ignorans ſiue ſciens dederit, ut ff. de condi.ſine cã.l.fi. Sed Io.dat talem condictionẽ ignoranter nõ ſcienter dãti, ut C.de condi.ob cãu.l.j.& ff. de cõdi.ob cau.l.j.§.fi.& l. ij. nec immerito, cum turpiter danti nulla ſit repetitio, ut ff.de cond.ob tur.cau.l. ſi ob turpẽ. & hæc omnia locum habent, qñ nõ fuit ſecutum matrimonium.

SYL. ¶ Adde, ꝙ opi.gl.hic, & in.l.fin.cõiter approbatur per doct.hic, & in.d.l fin.ꝙ ſi mater ſciebat matrimonium illicite contrahendum, non repetat: ſi ignorabat, ſecus, matrimonio non ſecuto: ita dicunt Aug. & Chriſto.hic, & Nouiſsi. in.d.l.fi.]

¶ Prohibitas. per aliquem de. xiiij. modis: licet Hyrne has pœnas impoſuerit tñ eis, qui inceſtas nuptias faciunt uel nefarias, non qui alias inutiles, ut in authen.de inceſt.nupt.§.primo coll.ij.

e ¶ Alias pœnas. Vt eſt amiſsio bonorum, & incurſus infamiæ, ut C de inceſt.nup.l. qui contra.& l. ſi quis inceſti. Hodie uero & confiſcatio bonorum, & exilium, & cinguli ſiue dignitatis depoſitio, & uerberatio ſimul eis imponitur, ut in authẽ. de inceſt.nupt. §.j. coll. ij. ADDIT. Adde ſecundũ Ioã. Fab. quòd contrahentes inceſtas nuptias ſunt infames: & ita approbantes & defendentes uel patrocinium præſtantes, ut iij.quæſtio. iiij cap. conſanguineorum. & ipſo iure ſunt excommunicati, ut in clemen.prima de conſang.& af fin. Ang.

¶ Aliquando Diuiditur in duas partes, prout duos caſus decidit. Secunda ibi, necnon.

SYL. ¶ Caſus. Quæſitum fuit, an alio modo patria poteſtas quàm ex iuſtis nuptiis acquireretur iure ciuili: & uidebatur quòd non: ex regula generali affirmatiua poſita ſupra in princip. titu. j.& ex negatiua poſita in.§. præceden. uerſicu.itaque. cuius contrarium deciditur in duobus caſibus ex conſtitutionibus imperatoris, ſcilicet per oblationem curiæ, & per ſubſequens matrimonium: primum fauore curialium.§. ſi quis igitur.in authenti. quibus modis natu. effi. ſui. in fine, ſecundum fauore matrimonij & filiorum lege nup C.de nat.lib.Not. quòd ius ciuile alios modos inuenit reducendi filios in poteſtatem quam ex iuſtis nuptiis, ſcilicet per oblationem curiæ & per ſubſequens matrimonium: & ita naturales fiunt legitimi.

f ¶ Parentum non fiant. Hoc mirabile per duo probat exempla. Accur.

dum naturalis [a] fuerat, poſtea curiæ [b] datus pt̃ati patris ſubiicitur. Necnon [c] is q̃ a muliere libera procreatur, cuius matrimonium minime legibus interdictum [d] fuerat, ſed ad † quam pater cõſuetudinem habuerat, poſtea ex noſtra cõſtitutione [e] dotalibus inſtrumentis [f] compoſitis, in poteſtate patris efficitur. Quod & alijs liberis, qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio [g] præbuit.

a ¶ Naturalis.ſ.tantum. Acc.

b ¶ Curiæ. Cum enim uult aliquis naturalem filium tantum, qui in poteſtate patris non eſt, ut hic, ſupra tit. j. in princ. facere in pt̃ate, detur in ſeruitiũ Imperatoris uel Præſidis prouinciæ. Nam ĩ poteſtate efficiẽ loco meriti patris, & efficitur legitim⁹ loco meriti filii, † ut hic, & in authentica quibus mod. naturale. effic. ſui. §. ſi quis igitur. collatio. vii.

* ¶ Dic ꝙ per curiam intellexit ordinem decurionum, ut manifeſte oſtendi hoc loco in Anno.]

* ADDIT. Curia non ſignificat ſeruitium Imperatoris ſed Senatum alicuius ciuitatis quæ ordinem habet decurionum tanquam ſenatus municipales, quamobrem dati curiæ ſunt qui in ordinem allecti decurionum in patris tranſeunt poteſtatem & iura aſſequuntur legitimorum. l. ſi quis. C. de natur. liber. Aemil. Ferr.

c ¶ Necnon. Nunc ponitur aliud exemplum.

d ¶ Interdictum. Nam aliam uxorem non habuit tempore cõcubinatus: alias contra, ut C. de concu. l. j.

SYL. ¶ Adde ꝙ ratio eſt, quia ſubſequente matrimonio fingitur illam ſemper fuiſſe uxorem: & maxime tempore partus per fictionem tranſlatiuam: & ſi illo tempore quo peperit, erat impedimentum tale, quòd cum ea matrimoniũ eſſet interdictum, non fit legitimatio: q̇a extremum, ad quod fictio trahitur, non eſt habile.]

e ¶ Conſtitutione. ut C. de nat. libe. l. cum quis.

f ¶ Inſtrumentis. Sed nunquid ſine inſtrumentis eſt matrimonium tale? Dicunt quidam quòd non, ut Pla. & Azo. quando decorati maximis dignitatibus faciunt matrimonium, ut in auth. ut lic. mat. & auiæ. §. quia uero legẽ dudum. collat. viii. melius autem, quibus modis natu. effi. legi. §. hæc ergo caſta. coll. vj. Sed dic, ꝙ matrimonium nudo conſenſu ꝑficitur ſine ſcriptura, ut in authent. de nupt. §. nuptias. collat. iiii. & ff. de reg. iur. l. nuptias. Sed filii primogeniti non ſunt legitimi, ſi dotalia inſtr̃a non ſunt facta, ut hic: & facit ad hoc C. de nat. lib. l. cum quis. & l. nuper. & l. fi. & in auth. de hær. ab inteſta. uenien. §. j. collatio. ix. & in authent. de filijs ante do. inſtru. na. circa med. collatione tertia, & in auth. de inceſt. nup. §. fina. collatio. ij. & de trien, & ſemiſ. §. fina.

SYL. ¶ Adde, quod hoc hodie in utroque foro de iure canoni. corrigitur: ſecundum quod talia inſtrumenta non requiruntur. c. tanta. qui filii ſint legitimi & ibi communiter doctor. ut per Abb. in j. notab.]

g ¶ Conſtitutio. ut C. de natu. lib. nuper. Sed ſi non fecerit eam ſibi uxorẽ, adhuc huiuſmodi naturales ſunt alendi a patre. Item ſuccedunt ex teſtamento in totum, ſi pater uult, legitimis non exiſtentibus, uel parentibus iam defunctis: alias liberi in unam unciam tantũ permittunt naturales ſuccedere: ſuperiores quando ipſi tantum ſuperſunt, non impediunt eos, niſi in ſua legitima, quæ ſuperioribus debetur: ab inteſtato uero duas habent uncias paternæ ſubſtantiæ, cum matre eorum uiriliter diuidendas, quando non ſunt aſcendentes nec deſcendentes. alunt & ipſi patrem. & hoc in licite natis: ſed ſi illicite nati ſunt non: immo omni beneficio ſunt excluſi, ut in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. §. diſcretis. uſque in fi. conſtit. colla. vij.

† alias quã & ſolam

† Quod Ang. intelligit uerũ fictæ, non uere: quã nota ꝑ ſtatutis. ut ẽ tex. in. l. iij. C. de natu. li. & quare ſuccedant, ui de hic ꝑ eum.

Filij naturales tm̃ an ſuccedant.

¶ De adoptionibus. Dicturus Imperator de ijs qui in ptãte parentũ ſunt, poſuit titulũ particularẽ de hoc: ad cuius declarationẽ fuit neceſſarius tractatus de nuptijs: ſed quia ẽt ꝑ adoptionẽ iure ciuili ſunt ĩ ptãte q adoptant, iõ ſequit tractatus de adoptionibus ꝓ ut optime ipſemet Imp. in prin. continuat.]

¶ De adoptionibus.

¶ Adoptiui etiam ſunt in poteſtate: qui ſui iuris, reſcripto principis arrogãtur, alieni, adoptantur imperio magiſtratus hoc dicit ex. l. j. &. ij. ff. eod.

NOn ſolũ. Iſte titulus diuidiẽ in nouem partes principaliter. Primo ponit, ꝙ adoptiui ſunt in ptãte adoptantis. Secundo qualiter fiat adoptio & arrogatio. Tertio primũ dictum limitat & declarat. Quarto de ĩpubere qui ſe ad arrogandũ dedit. Quinto ꝙ adoptans debet ſaltẽ adoptatũ præcedere. xviij. ann. Sexto qñ aliquis ut nepos uel pronepos adoptaẽ. Septimo in quibus adoptatus æquiparaẽ naturali. Octauo in quibus conueniunt, & in quibus non, adoptio & arrogatio. Nono ꝙ ſerui adoptati a dominis ſunt liberi. Secunda ibi (Adoptio.) Tertia ibi (Sed hodie.) Quarta ibi (Cũ autem.) Quinta ibi (Minorem.) Sexta ibi (Licet autem.) Septima ibi (In plurimis.) Octaua ibi (Illud.) Nona ibi (Apud Catonem.) Aret.

SYL. ¶ Caius. Non figuratur, quia partiendo & declarando terminos adoptionis & arrogationis procedit. Not. filios adoptiuos in poteſtate noſtra eſſe. Item quòd adoptio ſumitur dupliciter: ut genus, & comprehendit etiam arrogationem: ut ſpecies, & eſt illa, quæ fit eorum qui in alterius erant poteſtate imperio magiſtratus. Item quòd arrogatio eſt de reſeruatis principi. Itẽ quòd difficilius liberi & ſui iuris tranſeũt in poteſtatem alterius, quàm ij qui in alterius poteſtate erant: ex quo not. potes, ꝙ in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.]

a ¶ Naturales. ſubaudi & legitimi. Quare diſtingue: quia filiorũ alij ſunt naturales & legitimi, ut ex legitimo matrimonio nati, ut hic, & ſupra de patr. pot. in prin. Alij naturales tantũ, ut nati ex concubina, ut. ſ. tit. j. §. fin. Alij legitimi tm̃, ut adoptiui: de qbus hic ti. loquitur. Alij nec naturales nec legitimi iuris præſumptione, ut ĩceſtuoſi, uel alias illicite nati, ut ĩ auth. quib. mo. natural. effi. ſui. §. fi col. vij. Alii ſunt qui prius non fuerunt legitimi, ſed nunc ſunt, id eſt efficiuntur duobus modis, ut in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. quod uero, &. ſ. titu. j. in fin.

NOn ſolũ autẽ naturales[a] liberi, ſecundum ea q diximus, ĩ ptãte nr̃a ſunt, uerũ etiã ij, quos adoptamus.[b] ¶ Adoptio[c] autẽ

¶ Adde tu clarius ſeptem eſſe ſpecies filiorum, qui diuerſimode a iure conſiderantẽ: prima eſt legitimorum & naturaliũ, qui ſunt nati ex uero uel putatiuo matrimonio. ſ. tit. ij. in princ. ſecũda ſpecies eſt naturalium tm̃, qui ſunt nati ex unica concubina in domo retẽta, indubitato affectu coniuncta, ſi uterq; ſit ſolutus, ut no. in rubr. ff. de concub. dicti naturales, quia eos natura non honeſtas genuit c. liberi. xxxij. q. iiij. tertia ſpecies dicunẽ ſpurij, nati ex coitu non approbato nec ĩprobato a. l. ut uulgo concepti & ſimiles: quarta ſpecies eorum, qui ex damnato coitu naſcunẽ, ut adulterini, inceſtuoſi, ſacrilegi, & ſimiles. §. fi. in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. quinta ſpecies eſt legitimorum tm̃, de quibus hoc tit. ſexta ſpecies eſt legitimatorũ, de quibus. §. fi. ſ. tit. proxi. ſeptima eſt ſpiritualiũ, quos ex ſacro fonte uel confirmatione leuauimus de quibus in to. tit. de cog. ſpir.] SYL.

b ¶ Adoptatus. ſ. ĩ ptãte nr̃a ſunt: & hoc iure ueteri, ut hic & ff. eo. l. j. ſed hodie diſtinguiẽ, ut. ĩ. eo. §. ſed hodie.

c ¶ Adoptio. Eſt autẽ adoptio ſecundũ Pla. & Io. legalis actio ad ſolatiũ eorum qui liberos non habent, perne, id eſt ſere naturam imitans, ſed certe & ab ijs, qui li-

beros habent,fit adoptio,ut ff.eo.l.nec ei.§.præterea.&.j.eo.§.licet. quare poteſt ſic ſimpliciter definiri.Adoptio eſt legitimus actus, ꝑ quẽ fit quis filius q non eſt,pene.i.fere nãm imitans: & eſt hæc ueritas, ut ff.e.l.j. & j.e.§.minorem.

duob. modis fit : aut prĩcipali reſcripto, a aut ĩperio magiſtratus. b ¶ Impatoris auctoritate adoptare quis põt eos eaſue,q quæue ſui iuris ſunt q́ ſpẽs adoptionis dr̃ arrogatio. c ¶ Imperio magiſtratus adoptamus eos eaſue,q q́ve in ptáte

SYL. ¶ Dic ꝙ reperiẽ adoptio in genere, q́ poſtea diuiditur in adoptionem in ſpecie, & arrogationẽ. Adoptio in genere ſic recte diffiniẽ: Eſt actus, ꝑ quẽ,auctoritate iuris ciuilis,qui filius non eſt,ĩſtar naturæ filius efficitur. Adoptio uero in ſpecie hoc modo. Eſt actus, per quẽ q in alterius ptãte eſt,imperio magiſtratus inſtar naturæ alterius filius efficiẽ, concurrente naturali uinculo,in ptãte: non concurrente, habilis ad ſuccedendum. Arrogatio aũt eſt actus,per quem qui ſui iuris eſt, principis auctoritate inſtar naturæ filius efficiẽ & in ptãte.] Sed & hoc loco libuit apponere uerba A. Gellij li.v.c.xix.noc. acti. Inquit ille: Cum in alienam familiam inq; liberorum loco extranei ſumuntur,aut per prætorem fit,aut per populũ: quod per prætorem fit,adoptatio dr̃: quod ꝑ populum, arrogario. Adoptanẽ aũt, cum a parente,in cuius ptãte ſunt,tertia mãcipatione in iure ceduntur, atq; ab eo, qui adoptat,apud eum,apud quem.l.actio eſt uindicantur. Arrogantur ij,qui cum ſui iuris ſunt. in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiuſq; rei ipſi auctores fiunt: ſed arrogationes non temere nec inexplorate committuntur. Nam comitia arbitris pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur. Aetas quoq; eius, q arrogare uult, an liberis potius gignundis idonea ſit: bonaq; eius, qui arrogatur,ne inſidioſe appetita ſint,cõſideratur : inſque iurandum a. Q. Mutio Pon.maxi.conceptum dr̃, quod in arrogando iuraret: ſed arrogari nõ põt niſi iam ueſticeps. Arrogatio aũt dicta, quia genus hoc in alienam familiã tranſitus ꝑ populi,rogationem fit: eius rogationis uerba hæc ſunt: Velitis iubeatis,ut L.Val. L.Titio tam iure legeq; filius ſibi fiat quã ſi ex eo patre matreq; famil. natus eſſet, utique uitæ neciſq; in eũ ptãs ſiet, uti pariendo filio eſt hæc ita, ut dixi, ita uos quirites rogo, Hæc illæ, q́ in Anno.noſtris late expoſuimus.

parentũ ſunt: ſiue primũ gradũ liberorum obtinẽt,qualis ẽ fili9 & filia ſiue ĩferiorẽ, d q̃lis ẽ nepos, neptis, pronepos, ꝓneptis. ¶ Per adoptionẽ nõ trãſit qs in ptãtẽ niſi aſcẽdẽtiũ quãuis pri adoptiuo extraneo ſuccedat.h.d.ex l.cũ ĩ adoptiuis.C.d̃ ado.

a ¶ Reſcripto.Hoc eſt,uel ante ipſum principem, uel ante alium magiſtratũ delegatione ſacta per reſcripiũ a principe,ut C.e.l.ij.in fi.& l. arrogationes. Sed quid ſi Imperator non eſt? Reſpõ. non poteſt fieri, licet imperium ſemper ſit, ut in authen.quomodo oportet epiſ.§.fi.coll.j.

SYL. ¶ Hoc uerum de iure ciuili, ſed de iure canonico ſuccedit uacante imperio Pont.uel iud.eccleſiaſticus, ſecundum quod habetur in c.licet ex ſuſcepto.de fo.compet.

b ¶ Magiſtratus.ſ. cuiuſcunque ordinarij,etiam defenſoris ciuitatis qui minimus eſt,ut in authẽ.de defen. ciui.§. nulla.col iij.Nec mirum,cum ſit de uoluntaria iuriſdictione,ut ff.de offi.procon.& le.l.ij.

c ¶ Arrogatio. quia adoptaror interrogaẽ, an uelit eum,quem adoptat, ſibi iuſtum filium eſſe : & adoptatus, an id fieri patiatur,ut ff.eo.l.ij. Vnde uer. Arrogo qui ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe. Patris adopto ſuum, ſed pr̃is permanet idem.

SYL. ¶ Adde, ꝙ quãuis hanc deriuationem alleget iuriſcõ.in.l.ij.ff.eo. tñ uériſimilior uẽ illa,quam ponit Gel.ubi ſ. quia fiat per populi rogationem.]

d ¶ Inferiorem.i. ſequentem.

SYL. ¶ Sed hodie. Diuiditur in duas partes. In prima ponit regulam prohibitiuam: in ſecunda diſpenſationem in aſcendentibus. ſecunda ibi, ſi uero.

¶ Caſus. Quærebatur, an perpetuo uerum eſſet, ꝙ in adoptãtis poteſtatẽ tranſiret filius adoptatus: dubitationem faciebant uerba generalia Imp. in princ.ti. noſtri, & omne ius antiquũ: cuius contrarium reſpõ. ex correctione Iuſtinia. ſcilicet ut niſi adoptetur ab aliquo ex aſcendentibus patris uel matris, non tranſeat in poteſtatẽ: ratio fuit, quia eueniebat ut adoptatus aliquando & patris naturalis & adoptiui ſucceſsionem perderet: prout rationem ſuæ diſpoſitionis late explicat in lege cum in adoptiuis. in princ. C. eodem. No. quòd extraneus adoptãs filium, non habet eum in poteſtate. Itẽ quòd per adoptionem ab extraneo factam, iura patris naturalis non diſſoluuntur. Item quòd filius adoptiuus ſuccedit patri extraneo ab inteſta. Item quòd aſcendentes adoptantes habent adoptiuos filios in poteſtate. Itẽ quòd duo uincula magis ligant. Item quòd adoptiuus dicitur de familia patris adoptantis. Item quòd in una perſona naturalia & ciuilia iura concurrere poſſunt.]

¶ Sed hodie ex noſtra conſtõne [a] cum filiusfamilias a patre naturali [b] extraneæ perſonæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minime diſſoluuntur: nec quicquam ad patrem adoptiuum tranſit, nec in poteſtate eius eſt, licet ab inteſtato iura ſucceſſionis ei a nobis tributa [c] ſint. Si uero pater naturalis [d] non extraneo, ſed auo filij ſui materno, [e] uel ſi ipſe pater naturalis fuerit emãcipatus, [f] etiam auo paterno, uel proauo ſimili modo [g] paterno uel materno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt [h] in unam perſonam & naturalia, & adoptionis iura, [i] manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali uinculo copula-

a ¶ Conſtitutione. ut C. de adop. cum in adoptiuis.

b ¶ Naturali. & legitimo.

c ¶ Tributa. ſ. in prædicta conſtitutione (i): & facit ad hunc. §. infra de hær. quæ ab inteſt. §. ſed ea omnia. & infra de exhæ. lib. §. circa adoptiuos. & infra de inoffi. teſt. §. ij.

ADDITIO. (j) Etiam concurrentibus legitimis & naturalibus quamuis inter ſe nihil habeant parentelæ: quod no. ſecundum Ang. & ideo non tranſit in poteſtatem, quia per emancipationem priuaretur hæreditate utriuſque ſecundũ cõmunem opi. ut l. cũ ĩ adoptiuis. C. eo. ſed cum hodie nemo emancipetẽ inuitus. §. generaliter. in authen. qui. mo. natu. ef. ſi. ſui uidetẽ iſte. §. eſſe correctus, de quo uide Ia. hic.

d ¶ Pater naturalis. & legitimus.

e ¶ Materno. in cuius ptãte prius non erat, ſed modo efficitur, ut ſubijcitẽ, ut ſ. de pa. po. in fi. Accur.

f ¶ Emancipatus. Alias cum eſſet in poteſtate aui, quomodo adoptaret eũ quem habet? Certe non põt plus eſſe quàm filius uel nepos, ut hic, & ff. eod. ſi pater. §. qui duos. & intellige emancipationis tempore filium non eſſe conceptum, qui nunc datur in adoptionẽ: alias in poteſtate aui remanſiſſet, ut in fra tit. j. §. fi.

g ¶ Simili modo. i. ſimilem facias diſtinctionẽ: nã materno proauo, indiſtincte, paterno uero, ſecundũ ꝙ modo diſtinxit in auo, datur in adoptionem.

h ¶ Concurrunt. Sed ſi ego adoptẽ filiũ fratris mei, nũquid ptãti meæ ſubijcitẽ? rñ. ſecundũ Ioan. ꝙ nõ. & quod hic dr̃, naturalia, expone. i. natiualia, quia ab eo auo contrahit natiuitatẽ & originem: quod non eſt in filio fratris mei.

i ¶ Iura. Vnde præferendus eſt ei, in quẽ unum tm̃ concurrit: & ſic duæ rões præualent uni, ut in authẽ. de conſang. & uter. fra. §. j. colla. vj. & C. de edi. diu. adr. tollen. l. fin. niſi una ſit melior dua

tum, & legitimo adoptionis modo † conſtrictum: ut & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.

¶ Impubes arrogatur cauſa cognita: & cauet arrogator, ſi impubes decedat, de reſtituendis bonis pupilli his qui illi ſucceſſuri eſſent, ſi arrogatio facta non eſſet: nec arrogatus, niſi ex cauſa, emancipari exhæredariue poteſt: alioquin præter bona propria conſequitur etiam quartam partem bonorum arrogatoris. hoc dicit ex lege ſi pater familias. §. fina. ex lege nec ei & lege ſeq. ff. eod. & ex l. fina. ff. ſi quid in fraudem patron.

¶ Cum aũt impubes per principale reſcri

bus, ut colligitur ff. de inoffi. teſta. nam & ſi. & ff. unde liberi. l. ſcripto.

SYL. ¶ Adde, ꝙ doct. qui no. hoc, ꝙ duæ rónes uincunt unam, intelligunt unã ex illis duabus: ut ſi in una perſona una ex illis concurrat, ĩ alia duæ, illa pſe ratur: ita colligitur ex. ll. allegatis; & ita ĩtelliges, quo caſu nõ eſt ad propoſitum limitatio glo.]

† alias cõſtitutum.

¶ Cum aut.

Diuiſio ¶ Diuiditur in quinque partes. Primo ꝙ arrogatio fiat cã cognita. Secundo ꝙ ſit iuſta cauſa. Tertio ponit modum, ſub quo fiat. Quarto quòd non poteſt arrogator ipſum emancipare ſine cauſa. Quinto quòd quartam partem bonorum ſuorum eidem, ſiue in ultima uoluntate, ſiue inter uiuos relinquat. Secunda ibi (Et exquiritur.) Tertia ibi (Et cum.) Quarta ibi (Item non aliter.) Quinta ibi) Sed & ſi.) Aretinus.

¶ Cum autem impubes.

SYL. * ¶ Caſus. Quæſitum fuit, an pupillus poſſet dare ſe ad arrogandum: & uidebatur ꝙ non, quia in arrogatione in primis exploranda eſt mens illorũ, qui arrogantur. l. In adoptionibus ff. eo. pupillum autem nullam habere mentem traditum eſt. l. pupillus. ff. de regul. iur. E conuerſo autem uidebatur, quòd talis arrogatio permitti deberet abſque aliis adminiculis, ex quo celebratur auctoritate principis, quæ omnem ſuſpitionem ſummouere uidebatur, & quia nihil addi poſſe uidebatur principali confirmationi. Sed ſupradictis non obſtantibus, deciditur impuberem arrogari poſſe, dummodo id fiat cauſa cognita, caueatque arrogator ſe bona arrogati, ſi impubes deceſſerit, illis reſtituturum, ad quos peruentura erant, arrogatione non facta. Exigitur autem cauſæ cognitio ea ratione, quia niſi adhiberetur, facile eueniret ut non haberetur ea ratio honeſtatis, quæ in patribus & filijs requirit̃. Adhibet̃ autem & ſatiſdatio ut occurrat̃ illis, qui forte inhiãtes patrimonio pupilli, illum iõ arrogare excogitaſſent. & ex his rationibus temperantur quæ, pro rationibus dubitandi ſupra allegabantur. Succeſſiue quæſitũ eſt, an arrogator poſſit, quotieſcunque uelit, arrogatum emancipare: & uidebatur quòd ſic. §. præterea. infra tit. j. cuius contrarium deciditur illa ratione, quia cum in conſtituenda arrogatione leges uoluerint cauſæ cognitionem adhiberi, ſimiliter uoluerunt eam ſolui non poſſe abſque eiuſdem cauſæ cognitione lege nihil tam naturale. ff. de regu. iur.] & quia cum talis emancipatio incommodum afferat emãcipato, quia iura omnia ſoluuntur, ideo eo inuito ſine cauſa fieri non debet, & facienti pœna imponitur, ut ſequitur. No. quòd arrogatio impuberis requirit cauſæ cognitionem, utrum utilis uel honeſta ſit filio arrogato. Item not. ex ordine literæ quòd prius attendenda eſt honeſtas quàm utilitas. Item no. cautionem requiri de reſtituendis bonis illis, qui ei ſucceſſiſſent, ſi arrogatus non fuiſſet. Item quòd tabellio dicitur perſona publica, & quòd per eum nobis quæritur. Item quòd arrogatus non poteſt emancipari non cognita cauſa. Item quòd arrogatus quicquid quærit, quærit patri arroganti. Item ꝙ dictio, præter includit.]

ptū[a] arrogatur, cā cognita[b] arrogatio fieri permittitꝰ. Et ex qritur cā arrogationis, an honeſta[c] ſit, expediatq; pupillo. Et cū quibuſdā cōdōnibus arrogatio fit. i. ut caueat[d] arrogator pſonæ publicæ, hoc eſt tabellioni,[e] ſi ītra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturū ſe bona illis, qui, ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionē eius uenturi[f] eſſent. ¶ Itē non aliter emancipare eum pōt arrogator, niſi cā cognita dignus emancipatione fuerit, & tūc ſua bona ei reddat. Sed & ſi decedens pr̄

a ¶ Reſcriptum. Vt quia ſui iuris eſt, ut. s̄. eo. in princ.

b ¶ Cognita. Quæ autem in cauſæ cognitione uertuntur, per ordinem ſcripta ſunt. ff. eo. l. ſi pater. §. in arrogationibus. & l. ſequ. uſque ad §. fi. & quædam & hic dicuntꝰ in pſona īpuberis, q̄ & ibi dicuntur.

c ¶ An honeſta. i. non eo propoſito ut eiꝰ res deuoret, ut ff. e. l. nec ei. §. eorum.

d ¶ Vt caueat. i. ut cautionem promittat: cum fideiuſſione tn̄, ut ff. eo. l. nec ei. §. fi. & C. de uerbo. ſign. ſancimus.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hoc eſt ex eo, quia ab alia. l. hoc declaratur. l. his uerbis. ff. eod. alias enim cum ſimus in l. ciuili, intelligitur uerbum, cautio, pro nuda promiſſione, qñ eſt ſimpliciter prolatum, ut eſt communis omniū doctri. in. l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. mat.]

Notarius nō pōt eſſe ſeruus. e ¶ Tabellioni. Qui ſeruus publicus dicitur, ut C. eod. l. ij. alias. n. ſeruus purus tabellio eſſe non poteſt, ut C. de tab. generali. lib. x. Sed certe ideo ſic dicitur, quia publice ſeruit.

Satiſdatio arrogatoris quibus pdeſt. f ¶ Venturi. Vel iure ſucceſſionis ex teſtamento uel ab inteſtato, uel titulo uniuerſali, uel ſingulari, ut legatarius, omnibus enim conſulitur hac cautione, pupillo decedente in pupillari ætate: alias ſi poſtea, pupillaris ſubſtitutio euaneſcit, ut hic, & ff. eod. non aliter. & l. his uerbis & infra de pupil. ſub. §. j.

SYL. ¶ Adde, quòd ratio eſt, quia per arrogationem pupillaris ſubſtitutio tanquam filij teſtamentum euaneſcit lege nec ei. §. eorum. ff. eod. unde conſulendum eſt ſubſtitutis per cautionem, alij enim ſubſtituti præter quàm directi pupillares, quia habent actionē non ex teſtamento filij præſumpto ſed ex teſtamento paterno, non poſſunt aliquod præiudicium pati: de quo ui. Angel. hic.]

¶ Sed nonne ſine hac cautione facta admittuntur ſupradictæ perſonæ ex teſtamento? Reſpon. nō, cum teſtm̄ ſit ruptū minima capitis dimi. ſ. arrogatione ut ī fra qui. mo. teſta. infir. §. nō tn̄. Item nunquid legitimi ſine hac cautione admitterentur? Reſpond. non, quia pr̄ arrogator omnia iure peculij occuparet, ut ff. de caſt. pec. l. ij. Hæc tamen cautio omiſſa pro facta habetur, ut ff. eod. l. his uerbis. in fi. ut & alias. C. de rei uxo. ac. l. unica. §. j. Sed quare legitimi non ſtipulantur etiam ultra pupillarem ætatem, cum & poſtea erant admittendi ad ſucceſſionem, ſi adoptio facta non eſſet? Reſpond. illud eſt de fortuna, & aduentitium erat, unde non fuit conſiderandum, ut ff. qui & a qui. l. iulianus. potuiſſet enim poſt pubertatem teſtamentum feciſſe, ut ſupra quib. ex cau. §. cum ergo.

¶ Adde declarando mentem gloſſ. ſecundum Chriſto. hic, quia uult dicere, quòd ideo legitimi infra pupillarem ætatem ſtipulari poſſunt, quia non facta arrogatione & decedente pupillo omnino erant habituri ſucceſſionem: & ideo quia leduntur, ſtipulantur: ſed in maiore, quia non omnino leduntur, quia poterat eſſe quòd conderet teſtamentum ideo non ſtipulantur: quod tene.] SYL.

g ¶ Niſi cauſa. ueluti ſi ita hæres inſtituitur ille adoptatus, ſi emancipatus fuerit: & tunc quartam perdit, quā tunc deberet habere de bonis arrogantis, ut infra proxi. reſpon. & ff. ſi quid in frau. pa l. fi. ſecundum quoſdam. Vel dic, ꝙ tunc non perdit quartam, ut. j.

proxi.reſpon.probatur, quod cum iſto continuatur: & quod in.d.l.continetur intelligitur quando erat iuſta cauſa cõtra filium, ut quia prouocabat patrem ad iram, & intantum ut etiam exhæredari potuerit, & beneficium collatum uel conferendum reuocari, ut C. de reuoc. do.l.fi. & in auth. ut lib. de cetero.§. illud.uer.quin etiam. collatio.vj. & ſecundũ hoc intellige proxi. reſpõ. quod ſequitur.

eũ exhæredauerit,[a] uel uiuus ſine iuſta cã eum emancipauerit, iubet̃[b] quartam[c] partem ei bonorum ſuorum† relinquere: uidelicet præter bona quæ ad patrẽ adoptiuum tranſtulit, & quorũ cõmodum[c] ei poſtea acquiſiuit.

† alias reſtitue re uel relique re &c.

¶ Maior. xviij. ann.

SYL. ¶ Adde, quòd quando filius emancipatur ex cauſa proueniente ex defectu ipſius, perdit quartam: aliter non, ſiue ſine cauſa emancipetur, ſiue cauſa aliunde proueniat: ita reſident hic doct. * ex omnibus autem illis cauſis emancipari poteſt, ex quibus & exhæredatur, ut oſtendi hoc loco in Comment.]

a ¶ Exhæredauerit. uel præterierit, ut ff.eo.ſi arrogator.

SYL. * ¶ Male ſupplet glo.tum quia præterito arrogato teſtamentum eſt nullum §.adoptiui.ĩ.de exhær.lib.& ſic ille ſuccederet in totum, ſi filij legitimi & naturales non ſupereſſent.l.pen.§. fin.C. eo.tum quia l.ſi arrogator. non loquit̃ in filio præterito, ut ibi admonet Iaſ.in iiij.colum.]

b ¶ Iubetur. Nota non cauet ſic ſe relicturum: tunc.n.non ualeret, ut C. de inut.ſtipul.l.ex eo.& C. de inoffi.teſta. ſi quando.§.j.ſed ei iubetur per legem, ut ſic faciat.

c ¶ Quartam partem. Quid ergo ſi alios filios ſex uel plures habeat, nunquid hic plus quàm alij habet? Reſpon. ſic ſecundum Bul. quaſi debeat imputari ei, quare arrogauerit. Vel dic (ut puto) quartam ſuæ partis per conditionem ex l. diui Pij petit, ut hic & ff.eod.ſi arrogator.& ff.de inoffic.teſtamen.l.Papinianus.§.ſiquis impubes.& hoc ad inſtar naturalium & legitimorum, ut ff.de inoffic.teſtamen. Papinianus.§.quoniam.& C.de inoffic.teſtam. cum quæritur.& l. parentibus. Abſurdum eſt enim hunc legitimum plus iuris habere, quàm naturalem & legitimum, ut ſupra eod.§. ſed hodie in fin. Accur.

Arrogatus non plus iuris hr̃e debet q̃ naturalis & legitimus

SYL. ¶ Adde, quod hæc opi.glo. cõis eſt, ſi.n. aliter intelligeremus, adoptatis quãque (quod fieri poteſt. l. ſi pater.§. fi.ff.eo.) quantus remaneret ſine quarta: quæ quarta ſecundum cõem ſententiam in.d.l.ſi arrogator. hodie non eſt aucta ad trientem * tametſi aliter mihi uideatur, ut dixi hic in Commen.

d ¶ Commodum. repete, Et præter ea bona.ſ.aduentitia, commodum quorum filius arrogatus poſt arrogationẽ acquiſiuit patri, ſcilicet uſumfructum. nam & hæc acquiſita reſtituit: non dico uſumfructum, quem debet lucrari pater, ut C.de bo.quæ lib.l. cum oporteat.§.ſiquis itaque. ad inſtar mariti in rebus dotalibus, ut ff. famil. hærc.l. ſi filia.§. j. & ſic hoc uerbum, præter, non excludit, ut ff.de pig.act.l.j. in fin. & ff.de procur.ſed & hæ §. pen. & facit ff.de uulg.ſubſtit.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.

SYL. * ¶ Dic quod dictio, præter, iuncta termino contento ſub præcedenti diſpoſitione, ſtat exceptiue lege nam quod § fina.ff. de pœn. leg. alias ſtat incluſiue.l.ſcio.§.uxori.ff. de ann. lega. niſi induceretur uel prohibitio actus alias de iure permiſſi, uel permiſſio actus alias de iure prohibiti, ſecundum Curt. Iun. in lege Actione.C. de tranſactio.]

SYL. * ¶ Minorem natu. Diuidit̃ in duas partes: in prima ponit unum dictum cum rõne: in ſecunda illud declarat. ſecunda ibi, debet.

¶ Caſus. Quærebatur, an in adoptionibus habenda eſſet ratio ætatis: & uidebatur quod non, quia cum adoptio fuerit ad ſolatium carentium liberis introducta, eaque ſolo conſenſu, adoptantis ſcilicet & adoptati expediatur, non ui-

debatur tam benigna facultas adſciſcendi ſibi filios, ratione ætatis coanguſtanda, ſed ſolum agentium uoluntas ſpectanda. Quo non obſtante contrarium reſpondetur, quòd cum a lege inuenta hæc uia ſit ad ſimilitudinē naturæ, ut qui natura liberos non haberet, poſſet hoc ciuili modo ſibi procreare, eam debet imitari, ideoque ſtatuitur, minorem natu maiorem adoptare nō poſſe. Sed tunc dubitatū eſt, quot annis oporteret eē maiorem adoptantem, q̄ is qui adoptatur: & cum adoptio naturam imitetur, uidebatur ſufficere, quòd eum excederet xv. annis, quia poſt xiiij. annum quis cenſetur habilis ad generationem naturalē ſupra de nupt. in princip. Quo non obſtante deciditur quòd debet illū præcedere. xviij. annis, quia licet præſumatur potentia gignendi in decimoquarto anno, tamen cum per adoptionem quis certe, non præſumptiue, filium efficiat, placuit etiam illud tempus ſtatuere ad hanc rem, quo certum eſt omnes a communiter accidentibus ſecundum naturam generare poſſe, prout hanc rationem eleganter deducit Iaſo. in lege ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapio. dum tractat materiam fictionis inductinæ, allegando lege ſi paterfamil. in fin. ff. eodem.] Not. q minor natu maiorem adoptare non poteſt. * quod pulcherrime perſequitur Marc. Tul. in ea Oratio. quam pro domo ſua dixit, dum conqueritur Fonteium adoptaſſe P. Clodium natu grandiorem, ut Tribunus pl. in ipſius perniciē fieret.] Item q ars & ius imitatur naturam inquantum poteſt. Item q plena pubertas eſt in. xviij. ann.

eſſe debet adoptans adoptatio. hoc dicit ex lege Arrogato. §. non tantum, & ex lege adoptio. ff. eodem titulo.

¶ Minorem natu [a] maiorem non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturā imitatur, [b] & pro [c] monſtro eſt, ut maior [d] ſit filius quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem uel arrogationē facit, plena pubertate, id eſt, xviij. annis [e] præcedere.

¶ Poteſt quis etiam filium alienum adoptare in nepotem, & deinceps, licet filium non habeat: & nepotem in locum filii: ſed ubi adoptat aliquem in nepotem quaſi ex filio, quem in poteſtate habet, natū, requiritur conſenſus filii: aliud, ſi nepotem ex eo alii uelit in adoptionem dare. hoc dicit ex l. adoptare. ex lege ſi

a ¶ Natu. id eſt natiuitate. ſic. ff. de mino. lege prima. §. primo.

b ¶ Imitatur. plerunque: quandoque tamen non, ut infra eod. §. ſed & illud. &. §. in pluribus.

c ¶ Pro mōſtro ē. id eſt non ſecundum naturam, ſed contra naturam ut & alias ff. de ſtat. hom. non ſunt liberi.

d ¶ Maior. ſcilicet tempore, non perſona.

e ¶ Xviij. annis: id eſt tot annos debet habere plus adoptās quàm adoptatus, qui faciant unam plenam pubertatem tanti temporis. Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus uicibus præcedere in tanto tempore? Reſpō. non (ut puto:) cum ſecundum naturam etiam in uno anno ex diuerſis fœminis, uel etiam una, poſsit habere filios plures: & in hoc adoptio imitatur naturam, ut hic. Et nota pluribus modis dici plenam pubertatem. Nam interdum. xiiij. annis, ut infra quib. mo. tute. fi. §. primo. & ſupra titul. j. primo reſpon. alias. xv. annis, ut in authen. de tempore non ſo. pec. ſuper dote. §. generaliter. colum. vij. alias. xvij. ann. ut ſupra quimauu. non pol. §. fin. & ff. de poſt. l. j. §. pueritiam. interdum xviij. ann. ut hic, & ff. de ali. & cib. le. l. mela.

¶ Adde tu, q glo. non intellexit ple-

SYL.

nam pubertatem: nam ut primum maſculus implet .xiiij. ann. incipit eſſe pubes: tunc enim dicitur pubes, & ante id tempus impubes: & hoc eſt quod dicitur in text. in d. §. j. infra quibus modis tute. fin. plena autem efficitur pubertas in xviii. anno: alia enim iura allegata i glo. nihil faciunt & ita decla.].

SYL. * ¶ Licet. Diuiditur i duas partes: in prima ponit unum dictum: in ſecunda illud modificat. Secũda ibi, ſed ſiquis.

¶ Caſus. Quærebatur an liceret adoptare loco nepotis: dubium faciebat, quia cum in defectum generationis inductus uideatur modus adoptionis, nõ uidebatur ultra filium extendendus: cuius contrarium deciditur, quia ſicut optamus perpetuitatem generationis naturalis lege liberorum in ſi ff. de uerborum ſignificatio. ita & ciuilis, quæ illam imitatur. Tunc dubitatum eſt, an poſſet alienus filius loco nepotis adoptari, aut econuerſo. uidebatur enim ſeruandus ordo naturæ. attamen deciditur contrarium, ut latius pateat iſta facultas generandi liberos ciuiliter. Item dubitatum eſt, an cum nepos adoptatur quaſi ex filio natus, conſenſus filij exigatur: & uidebatur quòd non, quia cum adoptio fit, non requiritur uoluntas eorum, inter quos iura agnationis conſequuntur. l. cum adoptio. ff. eodem. quod eo magis dicendum erat hoc caſu, quia hic filius eſt in poteſtate adoptantis, unde uidebatur eius conſenſum non eſſe requirendum. Sed contrarium deciditur & ratio aſsignatur in text. Lederetur enim filius, & ideo adhiberi debet lege nam ita. ff. eodem. quod non eſt, ubi auus daret illum alij in adoptionem, ut patet ex gloſſ. in uerſic. conſentire. ij. ubi habetur ratio dubitandi & decidendi huius dicti. Nota. quod datur fictio fictionis in adoptione loco nepotis. Item quòd is, qui lędi poſſet, requirendus eſt. Item quod nullus põt agnaſci inuito. Item quod nepos datur in adoptionem abſque conſenſu filii.

paterfamilias. §. qui duos. & lege cum nepos. ff. eodem titulo.

¶ Licet autem & in locum nepotis uel neptis, pronepotis uel proneptis, uel deinceps adoptare, quã uis filium quis non habeat.[a] Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum[b] filij. Sed ſiquis nepotis loco adoptet, uel quaſi ex eo filio, quẽ habet iam adoptatum, uel quaſi ex illo quem naturalem in ſua poteſtatè habet: in eo caſu & filius conſentire[c] debet, ne ei inuito ſuus hæres agna-

a ¶ Non habeat. Vel licet uxorem non habeat: quo caſu tamen eſt contra naturam, ut ff. eodem lege, & qui uxores.

¶ Adde non eſſe contra naturam, quia poteſt habere: & quamuis actu non habeat, habet habitu. Repugnat enim natura in iis, quæ nec habitu nec actu eſſe poſſunt, ſicut in princip. huius. §. ſed non in iis quæ habitu, ut puta in adoptione nepotis, non exiſtente filio, immo eo nunquam nato, ut hoc. §.] SYL.

b ¶ In locum. Item nepotem ex uno quaſi ex altero natum, ut. ff. eodem. ſi pater. §. qui duos. non autem loco fratris, ut C. de hæredib. inſtituen. nec apud.

c ¶ Conſentire. Quod non eſt in aliis cognatis, qui poſſent ſperare ſucceſsionem, ut. ff. eodem. l. cum adoptio. Et ſiquidem filius conſentiat, bene eſt, & recidet nepos adoptiuus in poteſtatem ſuam, ſcilicet filii, mortuo patre, ut ff. eodem. l. ſiquis nepotem. Si autem non conſentiat filius, tunc agnaſcitur ſeu agnatus fit ei id eſt auo hic nepos, & ſuus efficitur hæres etiam filio inuito: nec recidit in poteſtatem. eius, ſiue dicas eum ſuccedere ut filium, licet non ſit filius, ſiue ut nepotem quaſi ex altero filio præmortuo na

ſcatur. Sed ex cõtrario, ſi auus ex filio nepotẽ det in adoptionem, non eſt neceſſe filium conſentire. a

¶ Arrogatus uel adoptatus a nõ extraneo, põt ab eodẽ alii ĩ adoptionẽ dari h.d.

¶ In plurimis b aũt cauſis aſſimilatur is qui adoptatus uel arrogatus eſt, ei qui ex legitimo matrimonio natus eſt: & ideo ſiquis p Imperatorẽ, uel apud Prætorem, uel Pręſidem prouinciæ nõ extraneum c adoptauerit †, poteſt eundem in adoptionem alii dare.

¶ Spadones adoptare poſſunt, caſtrati autem non. h.d. ex l. ij. §. illud. ff. eodem.

tum, quo caſu æqualiter cũ patruo admittat, ut. ĩ. de hær. quæ ab inteſt. §. cũ aũt. Alii dicunt hoc totum Ei inuito. i. filio inuito: & Agnaſcatur. i. iuxta eum quaſi naſcatur quo ad ſucceſsionem ı quod ſatis ĩ idem redit]. Alij hoc totũ Ei inuito i. auo ĩuito, qui uoluntate filij propoſuerat adoptare, nũc aũt contra ſuũ propoſitum facit: & ſic dicit̃ inuitus rõne ꝓpoſiti primi Et ſecundũ iſtos hic nepos inuito auo & filio adoptatus non ſuccedit una cum filio, ſed demum eo mortuo ı prima uerior eſt.

s Y 1. ¶ Adde, ꝙ text. eſt clarus, & intelligitur ei filio inuito, cum loquatur de adoptione nepotis facta tanquam ex eo filio, cuius conſenſus exigitur.] Sed quare hic [filius impediret matrimonium ſui filij etiam auo uolente, & non impedit hunc ciuilem actum, ut ff. de ritu nupt. l. oratione. §. j. ? Reſpon. quia matrimonium eſt uinculum magis indiuiduum, ut ſupra de patr. poteſta. primo reſpon.

* ADDITIO. Et ſic iſta gl. intelligit hunc text. tripliciter ibi ei inuito. Primo diuiſim, ut exponatur: ei ſcilicet auo inuito, ſcilicet filio. Secundo & tertio coniunctim, ut illa uerba in totum referantur, uel ad filium, uel ad auum contra quæ facit d. l. ſi quis nepotem. laſ.

a ¶ Conſentire. Sed uidetur ꝙ ſic: nã lædit̃ filius in duobus, & in hæreditate ſiue in bonis quę ad filium ſuum proponebat ex uoto tranſmittere, ut ff. unde libe. l. ſcripto, quod non facit, ut [infra de hære. quæ ab inteſta. defe. §. at hi. & quia in poteſtatem illius tranſit: quare in patris ſui naturalis poteſtatem non recidit iure iſto ueteri, ut ſupra eod. j. rũ. Ad primum rñdeo, quia alio modo põt euitare, inſtituendo eum. Ad ſecundum dico, ꝙ nõ põt æſtimari patria poteſtas, ut ff. de leg. j. filiusfamilias. §. ſecundum uulgarẽ. †Sed hodie uterq; timor ceſſat ı nã & ſuccedet, & ĩ ſuã ptãtem recidet, ut C. de adopt. cũ in adoptiuis. §. ſcimus. & .s. eo. §. ſed hodie.

* ¶ In plurimis. Caſus. Quæſitũ eſt, an pr̃ adoptiuus poſsit filium alij in adoptionem dare. & uidebatur ꝙ non, quia cum iam ſit ficte filius, ſi alij quoq; in adoptionẽ traderetur, ſuperinduceret̃ alia fictio, contra. l. j. C. de do. prom. Sed hoc non obſtante deciditur contrarium, ob ſimilitudinem quæ inter adoptionem & naturam intercedit: quæ facit, ut ſicut pater naturalis poteſt filium alij adoptandum dare, idem poſsit & adoptiuus. nec obſtat ꝙ ſit fictio fictionis, quia cũ ueniat in conſequentiam primæ, non inconuenit, ut tradit Bart. & alij in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap. Nota, quòd in plurimis filij legitimi tantum comparantur legitimis & naturalibus. Item quòd adoptatus poteſt dari in adoptionem.]

b ¶ In plurimis. Quandoque enim contra, ut infra de hæred. quæ ab inteſta. §. minus. ſecundum Azo. Item in eo, quòd adoptiuus pater non tenetur eum inſtituere, ut infra de hære. quæ ab inteſta. §. Sed ea, ibi, teſtamento autem.

c ¶ Extraneum, ut ſic tranſeat in ſuã poteſtatem, ut. ſ. eo. §. ſed hodie.

* ¶ Sed &. Caſus. Dubitatum fuit, an adoptare poſſet inhabilis ad generandum: & dubium faciebat, quia cum debeat imitari adoptio naturam, non uidebatur danda illi facultas generandi filio s s Y 2.

† Sed facit contra glo. ſecũdũ Iac. q̃a ſi de ineſtimabili agit̃ ꝑiudicio, ut̃ neceſſa s Y 1. rius eius conſenſus.

† Hoc uerũ ſi filius uult. ff. e. l. in adoptionibus. Io. Fab.

¶ Sed & illud utriuſque[a] adoptionis cõe eſt, ꝙ & ij qui generare non[b] poſſunt (quales ſunt ſpadones[c]) adoptare poſſunt: caſtrati autem non poſſunt.

¶ Fœminæ non adoptant niſi ex indulgẽtia principis ob amiſſos filios. h.d. ex lege mulierem C. eo.

¶ Fœminæ quoq; adoptare nõ poſſunt,[d] quia nec naturales liberos in ſua ptãte habent:[e] † ſed ex[f] indulgentia principis ad ſolatium liberorum amiſſorum[g] adoptare poſſunt.

* ADDI. Vide Altia. lib.j. prætermiſſ. in uerbo caſtrati.

† alias ſed ex conſtõe & idulgentia.

di filios ciuiliter, qui non poterat gignere naturaliter, quia fictio non põt habere locũ niſi ubi & ueritas, ſecundũ Bar. in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſu ca. cuius contrarium decidit in ſpadone, non aũt in caſtrato: rõnẽ uidebimus in glo. Not. ꝙ adoptio fieri nõ põt ab iis, qui non habent ptãtem generãdi de facto, ſecus ſi a natura. Item ꝙ impoſſibilitas de facto magis impedit quàm naturalis.]

a ¶ Sed. Vtriuſque. Quarum una uocatur arrogatio, alia adoptio, ut.ſ.eod. §.Imperatoris.

b ¶ Non poſſunt. Qui oẽs eunuchi uocant: ſed ab hoc genere detrahit caſtratos, qui generare nõ poſſunt.i. caſte ſic natos, ut nunquã potuerint generare. ADDIT. Pone ꝙ aliquis generare põt, ſed illicite, ut clericus, nunquid poterit taliter adoptare? uide Chriſt. hic. uerſi. Hinc inſurgit dubium. ubi concludit ꝙ non.

Naturæ fortius impedimentũ eſt q̃ accidẽtis.

c ¶ Spadones. quibus teſticuli uel genitalia abſciſſa ſunt cultello uel ſpatha: & eſt ratio, quia fortius impedimentũ eſt naturæ, quàm accidentis, ut hic, & ff.de lib.& poſth.l.ſed eſt quæſitum.§. j.&.ij. Et not. ꝙ uulgariter promiſcui appellantur.

SYL. ¶ Adde, ꝙ magna fuit æquiuocatio in his nominibus gl. ut tñ uerũ diſcas, dic duobus modis accipi ſpadonẽ (ut & adoptio:) large, prout cõprehendit oẽs inhabiles ad generandũ tã ex accidẽti q̃ a natura: ſtricte uero ad dr̃iam caſtrati, & hoc eſt quod dixit tex. in.l. ſpadonũ.de uerb.ſign.) & tunc ille ſignificat q natura inhabilis eſt: caſtratus.n. a caſtro dr̃, cui uirilia ſunt amputata. Intelligit ergo ſpadonẽ hic ſtricte, q iõ põt adoptare, q̃a non eſt deſperandũ naturæ auxilium, in quibus oĩno uirilia nõ ſunt amputata.l.ſi quis poſthumos, in prin.ff.de lib.& poſthum. caſtrati uero non poſſunt, quia carent genitalibus, aliquo modo generare: ideo & nubere & adoptare prohibentur, & hæc eſt ueritas, q̃ probat in.l. ædiles aiunt.§. iumentorũ. ff.de ædi.ed. & apertius declaraui hic in Ann. q elegãter hæc nomina declarat & hæc omnia naturæ uitia aut ex accidenti contingentia explicat & in.l. ſpadonum.ff.de uerb.ſig.H.M.

SYL. ¶ Fœminæ quoque ¶ Caſus. Dubitabat an fœminæ adoptare poſſent: & uidebatur ꝙ ſic, quia in l.adoptio.ff.eo.dicit, ꝙ adoptio habet locum in iis pſonis, in quibus natura põt locum habere: & ita cũ uera filiatio in fœminis reperiat, uidebat ẽt poſſe concurrere legitima: cuius contrarium decidit in tex. rõne in eo expreſſa cum limitatione. No. ꝙ fœmina non adoptat, nec habet filios in poteſtate.]

d ¶ Fœminæ Non poſſunt, ſed ipſæ arrogari poſſunt, ut ff. eodem nam & fœminæ.

e ¶ Habent. No. fœminas non habere filios in ptãte: & facit ad hoc ff. de ſuis & leg. nulla. & infra de hær. qual. & diſ. §.cæteri. & ff.de contratab.l.illud.§.ad teſtamenta.

SYL. ¶ Adde, ꝙ ideo poteſtas in fœminis, quando loquimur de filiis, interpretatur.i. tutela, ut pulchre Decius in c. ex parte. el ij.de appella. * utrum autem ratio allegata in tex. conueniat pp.§. ſed hodie. ſupra eod. uide hic meum Commen.]

f ¶ Sed ex indulgentia, de nouo iure concedenda, ut C.eo. mulierem.

g ¶ Amiſſorum. in acie principis, ut hic innuit, & infra de excu.tut.§. ſed ſi

in bello.ff.de inoffi.teſt.l.ſi ſuſpecta.§. fi. Sed nunquid & tunc habebit in poteſtate? Vr q̃ ſic, cum beneficia principum ſint extendenda, ut in auth.conſt. quæ de dig.§.pen.colla.vj.& ff.de conſti.prin l. fi. Sed tñ contradico, ad ĩſtar.ſ.naturalium: nã naturam imitatur adoptio, ut.ſ. eod.§. minorẽ. † & facit ad hoc C.eod. mulierem.

¶ Adde, q̃ hæc.q. deciditur in d.l. mulierẽ. ubi patet, q̃ non concedit aliud ptãtis p dictam idulgentiam, q̃ hẽat ipſa mr̃ in naturalibus & legitimis in quibus non habet poteſtatem: * & quamuis glo.uideatur reſtringere hunc text. ad mortuos in acie, eſt tamen generaliter intelligendus, ut probaui hoc loco in Commenta.]

† Et ad contrarium rñ dẽt hic doct. q̃ ĩmo debẽt moderari ſecũdũ ius cõe l.ex facto in prin. ff. SYL. de uul. & pup. ſubſti. † alias deeſt ad

¶ Arrogatus tranſit in ptãtem arrogãtis cum liberis quos in ptãte habet. h.d. ex l.ij.§. hoc uero & l. Arrogato. ff. eo.

¶ Illud proprium ẽ adoptionis illius, q̃ p ſacrũ oraculũ [a] fit: q̃ is qui liberos in ptãte habet. ſi ſe † ad arrogandũ dederit, non ſolum ipſe ptãti arrogatoris ſubiicitur, ſed etiam liberi [b] eius in eiuſdem fiunt poteſtate tanq̃ nepotes. Sic etenim diuus [c] Auguſtus nõ antea Tiberium adoptauit, quam is [d] Germanicum adoptaſſet: ut protinus [e] adoptione facta [f] inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

¶ Seruus a domino adoptatus, uel in iudicio ut filius nominatus, efficit liber. h.d. Aret.

SYL. * ¶ Illud. Caſus. Fuit dubitatum, utrum liberi quos in poteſtate habet qui arrogatur, tranſeant in poteſtate arrogatoris: Et uidebatur quod non, ſicut uidemus in adoptione, q̃ dato in adoptionem filio, nepotes ex eo remanent in poteſtate aui naturalis.l. arrogato.ff.eod. & quia iſte actus vr̃ fieri ſolum inter arrogatorem & arrogatum: contrarium tamen deciditur, quia cum arrogatus alienę poteſtati ſubiectus ſit, alium habere in poteſtate non poteſt. l.ſic eueniet.ff.ad.l.iul.de adult. & hoc eſt proprium huius adoptionis, quæ fit imperiali auctoritate, ideoq; ceſſat obiectio.l. arrogato. No. q̃ liberi eius, qui arrogatur, tranſeunt in poteſtatem arrogatoris.

a ¶ Illud. Oraculum.i. per principẽ, ut de eo qui ſui iuris eſt: ideo tranſit etiam hodie in ptãtem arrogatoris, ut.ſ.eo.in prin. ideo ſic dictum, quia oramus, ſiue deprecamur eum, ut in talib. præſtet auctoritatem. Acc.

* ¶ Oraculum appellat reſcriptũ & auctoritatem imperialem, ut latius expoſui hoc loco in Ann.] SYL.

b ¶ Liberi. Oẽs nati & naſcituri, & ẽt reuerſi ab hoſtibus, ut ff.eod. ſi paterfa. ĩ prin.

¶ Adde, q̃ ſecundũ Iaſ. intelligit ſi nati ſint: ſecus ſi in utero eſſent l.ſi na.ff.de col. bon. SYL.

c ¶ Diuus Auguſtus. Hic Imperator uolebat adoptare quendam nomine Germanicum, & hic Germanicus noluit conſentire: unde non poterat procedere adoptio, ut.j.titu.j.§.ſed & ſi pater.& ff.eo.l.ij.in princip..unde Auguſtus callide ſuaſit cuidã nomine Tiberio, ut illum Germanicũ adoptaret: quod fecit, & hunc Tiberium poſtea arrogauit princeps: quare & per cõſequens habuit Germanicum loco nepotis.

* ¶ Toto (quod aiunt) cœlo aberrat Accur. in enarranda hiſtoria, uide Sueto.in Tiberio. SYL.]

d ¶ Is. Tiberius.

e ¶ Protinus.i.ſtatim.

f ¶ Adoptione facta.a principe.

¶ Apud Catonem. Caſus. Quærebat an ex adoptione uel ex nominatione filij, ſeruus liber efficeretur: & uidebatur dicendum q̃ non, quia non uidebatur hic modus dandi libertatem introductus a iure.ſ.qui ma. non po. per totũ. cuius contrarium dicitur ea rõne, quia non conuenit filium ſeruum eſſe patris liberi, in cuius ptãte eſt eum facere liberum: & quia uériſimile eſt, ut in neceſſariã antecedentiã uelit quis eum ẽt. SYL.]

¶ Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, † ſeruos, ſi a domino adoptati [a] ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione [b] etiam eum ſeruum, quē dominus actis [c] interuenientibus filium ſuum nominauerit, † liberum eſſe conſtituimus, licet hoc ad ius filii accipiendum ei non ſufficiat.

¶ Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

¶ Morte naturali patris, filius ſui iuris efficitur: & nepos ita demum, ſi filius in poteſtate non ſuperſit hoc dicit ex titulo ſexto Inſtitutionum Caii.

liberum, quem ſibi libero filium fecit, quia dans quod plus eſt, uidetur utique dare quod minus eſt. * Sed inde quæſitum eſt, an ualeret huiuſmodi adoptio: dubium faciebat, quia qui uoluit ſeruum ſuũ adoptare in filium, utiq; cenſetur uoluiſſe illum prius eſſe liberum: ſicut dicimus ubi quis ſcripſit hæredem ſeruũ propriũ ſimpliciter, quod uidetur in antecedentiã neceſſariam dediſſe illi libertatem. §. primo ſupra qui. ex cau. ma. non lic. unde uidebatur dicendũ, quòd teneret adoptio uti facta de libera perſona. attamen reſpondetur contrarium, quia iſte actus non poteſt geri niſi inter liberas perſonas, ut tradit Gellius libro quinto cap. decimonono, quod ſecus eſt in inſtitutione infra de hæred. inſtitu. in princip.] No. quòd per adoptionem ſerui efficitur liber. Item quòd libertas non ſolum expreſſe ſed tacite dari poteſt. Item quòd ſeruus filius nominatus fit liber, ſi nominetur in actis, licet non acquirat iura filiorum. Item quòd uerba blanda & adulatoria in iudicio emiſſa fauore libertatis operantur. Item quod ſi non ualet quod ago ut ago, ualet ut ualere poteſt. * Item not. ſecundum Angel. & alios, quòd ex ſola nominatione quæritur ius. Sed mihi uidetur probari contrarium, quia non quærit ius quod nominatur id eſt filiatio, ſed ſola libertas.

† alias ſerui ſi a dño adopt. ſint, ex hoc ipſos &c.

† Et ſic ex noiatione alicuius acquiritur, ut hic & ĩ cap. per tuas. cũ glo. ſup uer. appellauit poſt medi. ibi item eſt hoc argum. extra qui filij ſint legi.

a ¶ Adoptati. ſ. a domino: ab extraneo autem non poteſt etiam libertus, ut ff. eo. ſi pater. in fi.

b ¶ Conſtitutione. Vt C. de lati. liber. tollen. lege unica. §. ſimili quoque modo.

c ¶ Actis i coram iudice: dicēdo hæc uerba, Veni huc fili: ſecundum Azon. Vel (ut puto) coram iudice agebatur, ut filius fieret adoptiuus, & inde fuit facta ſcriptura, non tamen res peruenit ad perfectionē, ut differat a proximo caſu ſuperiori: aliud ſi extra iudicium talia fierent uel agerent, ut C. de lib. cau. l. penul. & ſic collige ex hoc & ſuperiori uer. ꝙ ſi id quod ago non ualet ut ago, ualet tamen ut ualere poteſt: ſic. C. de latina liber. tollen. l. unica. §. ſimili quoque modo. & ff. de pactis. l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. Argumen. contra. ff. de iure codici. l. prima.

ADDITIO. Reſpondent doctores, ꝙ ibi conſtabat teſtantem nolle codicillari. Ang.

*¶ Errat Accurſi. ut diffuſe oſtendi in Commen. putans in primo caſu huius tex. ſeruum fieri filium adoptiuum, & ꝙ in ſecundo dñs intendebat illum adoptare: quare inde temere infert ad dictum illud, Si id quod ago &c. ut animaduertit etiam Alcia. in l. j. §. ſi quis ita. ubi uidendum de iſto articulo. ff. de uerb. oblig. ideo exemplifica, qñ uel deliberate inter acta filius nominaret, uel etiam enunciatiue cauſa demōſtrationis: ut puta, Solutionem miſi per Stichum filium meum. nam talia uerba fauore libertatis diſponunt, ut declarat Bar. in. l. ex hac. col. ij. ff. de don. ubi docet an & quando uerba enunciatiua diſponant. SYL.

¶ Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Continuat hunc tit. Imperator in princ. cum dicendum proponat de diſſolutione illius iuris, de quo ſupra proxime dictum fuit.] SYL.

Videamus nunc quib' modis ij, q alieno iuri ſunt ſubiecti, eo iure liberētur. Et quidē[a] quēadmodū liberent ſerui a ptāte[b] dominorū, ex iis intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittendis ſupius expoſuimus.

Ii uero, qui in ptāte parentis[c] ſunt, mortuo eo[d] ſui iuris fiunt. Sed hoc[e] diſtinctionem recipit. Nā mortuo patre,[f] ſane oīmodo filii filiæve ſui iuris efficiuntur. Mortuo uero auo, nō omnimodo[g] nepotes nepteſque ſui iuris fiunt: ſed ita,[h] ſi poſt mortem aui in poteſtatē patris ſui

Diuiſio

Videamus. ¶ Totus iſte titu. diuiditur in ſex partes. Primo qualiter diſſoluat patria ptās morte naturali. Secundo qualiter morte ciuili ex delicto proueniente. Tertio qualiter propter dignitatem filio acquiſitam. Quarto qualiter propter captiuitatem patris uel filij. Quīto qualiter emācipatione. Sexto qualiter per dationē in adoptionem auo paterno uel mr̄no. Secunda ibi (Cum autē.) Tertia ibi (Filiusfamilias.) Quarta ibi (Si ab hoſtibus.) Quinta ibi (Præterea.) Sexta ibi (Sed & ſi pr̄.) Item hoc principium ſubdiuidit in quatuor Quia primo ponit de quo eſt tractaturus. Scd̄o qualiter alias ſupra dixit de ſeruis. Tertio qualiter filij liberentur a patria ptāte, generaliter reſpondendo. Quarto dictam reſponſionem diuidit. Secunda ibi (Et quidem.) Tertia ibi (Ij uero.) Quarta ibi (Sed hoc.)

S Y L. ¶ Caſus. Non ponitur, quia procedit tradendo regulam, ꝙ morte patris extinguitur poteſtas patria. dubium tamen uidebatur in nepote ex eo filio, q tpe paterni obitus in poteſtate reperiebatur: quia cūm nunquam fuiſſet in patris poteſtate, ſed aui, uidebatur diſſoluto illo uinculo liberari, ſicut & filius: mors enim, quæ uenit ad d. ſoluendum. §. deinceps. in authen de nup. nō uidebatur poſſe uenire ad ligandum l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. tamen contrarium deciditur ea ratione, quia bene a principio ſui ortus debebat in poteſtate patris eſſe, quia tamē ſui iuris pater non erat, non poterat habere alium in poteſtate. l. ſic eueniet. ff. de adulter. ſublato itaque de medio illo impedimento, detegitur poteſtas, non proprie conceditur, & quod habitu erat in filio quo ad nepotem, incipit eſſe actu: quod non habet locum ubi prius erat emancipatus, quia hi nepotes tunc nō fuerūt ī poteſtate aui, tanquam ſuſtinētis partes filii, ſed immediate. Not. ꝙ uerbum, uideamus, referē ad oculum intellectus. Item ꝙ cognito quo mō aliquid concipiat: uel acquiratur, cognoſcendum eſt quomodo diſſoluatur uel amittat. Item ꝙ morte patris uel aui, filij uel nepotes efficiuntur ſui iuris cum diſtinctione de qua in ſumma.

a ¶ Et quidem quaſi dicat quid ſit circa ſeruos de abſolutione poteſtatis eorum, diximus ſupra de lib. §. primo. & §. multis.

b ¶ A ptāte. ſubaudi dominica.

c ¶ Parentis. Stricte accipe pro iis tantum, qui ſunt ſuperiores ex linea maſcul. nam fœminæ non habent in poteſtate filios, ut ſupra titulo primo. §. fœminæ. generalius accipitur ſupra titu. ij. §. ergo.

d ¶ Eo. ſ. parente.

e. ¶ Hoc. ſ. quod dixi morte ſuperioris inferiores effici ſui iuris.

f ¶ Patre. ſcilicet familias ſubaudi, ſcilicet ſupra quem nullus eſt ratione poteſtatis.

g ¶ Non omnimodo. id eſt generaliter.

* ¶ Adde, ꝙ dictio, omnino, habet naturam præciſam: non tamen excludit qualitatem a ſtatuto requiſitam, recipitque congruam interpretationem ſecundum alia iura. Dec. conſil. cclvj. colum. ij. & iij.] S Y L.

h ¶ Sed ita. ſ. fiunt ſui iuris.

recaſuri nõ ſunt. Itaque ſi moriente auo pater eorũ [a] uiuit, & in ptãte [b] patris ſui eſt, tũc poſt obitum aui in ptãte pr̃is ſui fiũt. Si uero is, [c] quo tpe auus morit̃, aut iã mortuus [d] eſt, aut ꝑ emãcipationem exiit de ptãte patris, tũc ij, qui in ptãtem eius cadere non poſſunt, ſui iuris [e] fiunt.

¶ Deportatio & ſeruitus pœnæ patriam ptãtem ſoluunt, relegatio non: quæ reſtitutione principis recuperatur. h. d.

a ¶ Eorum. ſ. nepotum.

b ¶ In poteſtate. & non exiuit. nam ſi exiuit, & poſtea rediJt, quia eſt arrogatus, non recideret filius in poteſtatem eius, ut ff. de adop. ſi pater filium. & eſt ratio, ut ibi notatur.

SYL.] ¶ Adde, ꝙ prima ratio ibi aſsignata cõiter approbatͬ hic & ibi: ego uero in Cõmen. utrãq; rõnem coniunxi]

c ¶ Is. ſ. filius prædictus.

d ¶ Mortuus eſt. ſcilicet filius prædictus.

e ¶ Sui iuris. Niſi in caſu: ut quando per dignitatem filius ſui iuris factus fuiſſet, ut in auth. conſti. quæ de dig. §. illud. coll. vj.

SYL. ¶ Adde, ꝙ rõ eſt, quia quod fauore introducitur, non trahitͬ in odium. l. quod fauore. C. de legib. & quia dignitas ſicut priuilegium non tollit dignitatem aut priuilegium l. hac ſaluberrima. C. de præpo. agen. in re. lib. xij. * Inepta tñ eſt exceptio Acc. quia Imper. non loquitur uniuerſaliter, quomodocunque filius exierit de ptãte pr̃is, ſed ubi morte uel emancipatione.]

Diuiſio ¶ Cum autem. Diuiditͬ in quinq; partes. Primo de deportatione patris. Secundo de deportatione filij. Tertio de indulgentia principis. Quarto de relegatis. Quinto de ſeruis pœnæ. Secunda ibi (Pari rõne.) Tertia ibi (Sed ſi ex indulgentia.) Quarta ibi (Relegati.) Quinta ibi (Pœnæ.) Are.

¶ Cum autem is. Caſus. Quærebatur an ex deportatione, relegatiõe, uel ſeruitute pœnæ, patria ptãs tolleretͬ: dubiũ faciebat, quia cum adhuc pr̃ uiuus remaneret, non uidebatͬ tolli: quia cum iura filiationis ſint naturalia, nullo caſu uidebantͬ poſſe amoueri. §. fi. ĩ. de legi. agn. tu. hoc tñ non obſtante contrariũ decidit͂ in deportatione & ſeruitute pœnę: qa cũ dictũ ſit hoc eſſe propriũ ciuium Roma. ĩ. de pa. po. & per deportationem deſinat eſſe ciuis, per ſeruitutem autem pœnæ & ciuis & liber, deſinunt neceſſario omnia quæ ex ciuilitate conſequebantur, tanquam cauſa ceſſante ipſorum. * Nec obſtat quod dicebatͬ de filiatiõe, qa longe aliud eſt filiatio, aliudq̃ patria poteſtas, cũ quis poſsit habere patrem, & in eius poteſtate non eſſe. Et ex his intelligitur, quare diuerſum fuerit deciſum in relegatis: nempe quia & libertas & ciuitas ſalua permanet.] Sed tũc dubitabatur quid facta reſtitutione: & uidebatur filios ſemel liberatos non recidere in poteſtate patris, per rationẽ l. ſi pater. ff. de adopt. cuius contrarium deciditur, quia cum per eam omnia in priſtinum ſtatum reponantur. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. eſt ac ſi iure poſtliminii reuerterentͬ ab hoſtibus: ſicut enim illa eſt reſtitutio. l. mortuæ, ſic hæc eſt principis, & ſic. l. uiuæ. Not. ꝙ deportatus perdit ciuitatem. * Sunt autem deportati, quos lingua uulgi confinatos uocamus, quibus damnatis certo ſpatio circunſcribitur pęnæ pendendæ locus.] Item quòd qui deſinit eſſe ciuis Roma. non habet filios in poteſtate. Item quod dictio, perinde, denotat ſimilitudinem licet nõ per omnia: * quod maxime procedit in pœnalibus, ut per Bart. in l. ſacrilegij. ff. ad l. iul. pecul.] Item quòd mors ciuilis æquiparatur naturali. Itẽ quòd deportatione filij ſoluitur patria poteſtas: ex quo notatur, quòd patria poteſtas eſt ciuium Roma. actiue & paſsiue: exigit enim in patre & filio ciuilitatem. Item quòd reſtitutio reponit omnia in priſtinum. Item quòd relegatio non tollit patriam poteſtatẽ, ſecus in ſeruitute pœnæ. Item qui dicatͬ ſeruus pœnæ.]

a ¶ Cum aũt. Dictum eſt ſupra qualiter ſoluitur patria poteſtas morte naturali, nunc ponit qñ morte ciuili.

Deportatī pōt tm̃ quatuor iudices.

b ¶ Deportatī. Hic not. φ hæc ſnīa deportationis ut ualeat .i. ut ſtatum & ciuitatem per dat, non pōt dari niſi a quatuor iudicibus .ſ. ab Imperatore uel ab eo q eius uice iudicat, & a p̄ſe. pto. & p̄ſe. ur. ut ff. dē pœn. l. ij. §. j. & de leg. iij. l. j. §. a p̄ſectis. & ff. dē inter. & relega. l. inter pœnas. §. j.

¶ Cum aũt [a] is, qui ob aliquod maleficiũ in inſulam deportatī, [b] ciuitatem amittit, ſequitur, ut qui eo [c] modo ex numero ciuiũ Romanorũ tollit, † perinde eſt, ac ſi eo mortuo [d] deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari [e] rōne & ſi is, qui in pt̃ate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in pt̃ate parentis. Sed ſi ex indulgētia principis [f] reſtituti fuerint, p oia priſtinum ſtatum [g] recipiunt.

† alias proinde quaſi eo mortuo.

¶ Relegati autē patres ī inſulã, in pt̃ate ſit illa eadē rō, non tñ eſt contraria, ſed eſt alia, per quam idē decidendum eſt: quod non inconuenit. §. affinitatis. ī. de nup. & Bar. decla. ibi.]

SYL. ¶ Adde, φ niſi intelligas proprie in terminis. d. l. j. §. a præſectis. gl. male diceret. ſi enim intelligitur de uicegerente principis, non haberet dubium ſed debet intelligi proprie ſecundum terminos. d. l. ut aduertit hic Aug.]

¶ Idem credo in ſenatoribus, qui parē ſnīam .i. parē habent effectũ principi, uel maiorē q̃ pdictũ. ut ff. a qui. appel. non li. l. j. §. j. † Si aũt alius iudex talem ſnīam det, non ualet, nec mandatī executioni, niſi princeps approbet eã, uel inſulã ſiue locũ aſsignet, ut ff. de le. iij. l j. §. ij. & §. deportatos. & ff. de iniu. rupt. & in teſta. l. ſi quis. §. eius.

† Sĩ tũc uī obſtare. l. j. C. de ſeu præſe. pto.

SYL. ¶ Adde, φ rationem aſsignat glo. in l. illicitas. §. qui uniuerſas. ff. de offi. præſi. quæ communis eſt, quãuis Auge. hic eam reprobet.]

Proculus ſol. Iaſ. dubitat dicens cō tra ſententias ſenatorũ forte nō poſſe ſupplicari.

¶ Quæ aũt ſunt delicta, pro quibus in inſulam debeant deportari, dicemus ĩ. de pu. iudi. p totũ tit. ſed relegare pōt quilibet qui hēt merũ imperiũ, ut ff. de interd. & releg. l. relegatorum. j. rñ. Et no. φ primo de media, ſecundo de relegatione, tertio de maxima dicit. Prima & ultima tollũt patriam ptãtem, ſed relegatio non ſic: cum ibi ſtatus non eſt mutatio, nec capitis diminutio.

c ¶ Eo modo .i. per iſtam deportationem in inſulam.

d ¶ Mortuo. No. deportatum mortuũ .ſ. ciuiliter: ſic. ff. de contratab. l. j. §. quidam filium. & ff. pro ſoc. l. uerum. §. ſocietas.

e ¶ Pari. Hic no. ubi eſt eadem uel ſimilis rō, idem ius conſtituatī: ſic. ff. de uerb. obl. l. a titio. in fi. & ĩ. quod cum eo qui ī ali. po. §. iſtas. & ff. de eden. l. quædã. §. nũmularios. & ff. ad l. aquil. l. illud. Arg. contra. ff. de col. bon. l. ſi quis. in fi. j. reſpon.

SYL. ¶ Adde, φ quamuis nō

f ¶ Principis. alias principali. Sed nunquid per alium poterit reſtitui? Rñ. nõ: niſi forte per ſenatorem qui poteſt reſtituere ſtatum, ut ff. de poſtu. l. j. §. de qua. & .§. an autem.

SYL. ¶ Adde reſtitutionem fieri per omnē, qui auctoritatem ſupremam & principis habet, ſiue ſit ſenatus, ſiue ciuitas: Bar. in. d. §. de qua. & in l. infamem. ff. de publ. iudic.

g ¶ Statũ .ſ. quantũ ad honores, uel ordines & ſimilia, ut C. de ſen. paſ. l. j. ergo & patriã ptãtem, & hoc uult hic dicere. Sed contradicit. C. de ſen. paſ. l. in inſulã. & l. ſi pr̃. Sol. hic ſpãliter ad oia fuit reſtitutus ſecũdum M. & ſic facias punctum ibi. p oĩa. hanc reprobo, quia ſemp intelligiī ad oĩa reſtitui, niſi con tradixerit expreſsim: nã uerbum, reſtituo, gñale ē, ut ff. de uſur. uidcamus. ij. §. in fauiana. Alii hoc intelligunt ad patrē reuertentē tm̃ referendũ, cui debet reſtitui filius in pt̃ate: ſed filio reſtituto non ſic: quia ſic noceret ei reſtõ, ar. C. de le. & cõ. quod fauore, ſed hanc opi. reprobo. nã libertus deportatus & reſtitutus, in libertinitatē recidit, ut ff. de iu. pa. ſiue libertus. Dic ergo intereſſe, utrũ princeps dicat hæc uerba, Reſti

ruo te: & tunc ad oīa reſtitutus uideaẗ ut hic, an hæc, Indulgeo tibi: quo caſu de pœna tm̄ remittēda cogitaſſe uideatur, ut in contrarijs, arg. C. de ſent. paſ. & l. generalis. & l. tutor. & l. cū iudulgē tia. & C. de gene. abol. l. fin.

liberos retinent.[a] Et ex contrario, liberi relegati in ptāte parentum remanent. ¶ Pœnæ[b] ſeruus effectus, filios in ptāte hēre deſinit. Serui āt pœnæ efficiunt, q in metallū[c] dānant, & q beſtiis[d] ſubiiciunt.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hæc gl. inter mimis nr̄is nera eſt, ex eo quia reſtitutio generaliter facta reſtituit omnia ea, q trahunt imediate cām ab ipſa con ſtuatione: quia ipſo iure pdunt: ſecus ſi eſſent deperdita mediante alienatione uel facto hoīs ita eſt cōis opin. in l. Gallus §. & quid ſi tm̄ ubi Iaſ. col. xv. ī ij lec. ff. de lib. & poſthum. * Ego tn̄ in Cōmen. aliā & pleniorē diſtinctionē poſui, ſimulq; plurimas leges in hac mā, q mutuo pugnare uidebant, nouiter placaui.] Quid aūt īportet indulgentia, & cuius ſit uirtutis & potentiæ, ponit eleganter Dec. in c. j. in prin. de reſcrip.]

Deportatus & relegatus differunt.

a ¶ Retinent. No. dr̄iam inter relegatum & deportatum quo ad familiam, ut hic, & ſ. proxi. §. Item hic bona tenet, ille non, ut ff. de interd. & rele. l. j. (j) Irē hic ciuitatem retinet, ille non, ut ff. de interd. & rele. l. relegatorum. §. ſiue ad tps. & §. ad tempus. Item quia hic ad tēpus uel in perpetuum, ille aūt tm̄ in ꝑpetuū deportat, ut ff. de interdi. & rele. l. relegati. & l. relegatorū. §. hæc eſt differentia. ſed in libertate non eſt dr̄ia: nam uterq; liber remanet, ut ff. de bo. dā. l. ſed ſi alia. §. j. Sed bannitos noſtri temporis quibus comparabimus? Rn̄. ſi propter maleficium, ut ēt cum ciuitate & bona ſua publicent, uel de iure, uel de conſuetudine ciuitatum: tunc deportato comparabo: alias relegato, ut arg. ff. de bo. dam. l. j.

Banniti quibus comparentur.

ADDIT. (j) Hoc uerum, niſi eſſet relegatus in perpetuū, quia poſſet illi pars bonorū adimi. l. relegati. in fi. & l. relegatorum. §. ad tempus. ff. eo. tit.

SYL. * ¶ Iſte articulus de æquiparatione bānitorum eſt mirum in modum intricatus, & ſecundum Alex. in l. j. C. de hære. inſti. repetibilis, ideo cum nō poſſit de eo doctrina compendiaria tradi, uideant adoleſcentes hic Comment. noſtrum, ubi illum ita explicauimus, ut nemini non facillima futura ſit eius reſolutio.]

¶ Non autem dico, ꝙ poſſit deportari a præſide de iure, ut. ſ. §. proxi. diximus: nec relegari a defenſore ciuitatis, cum ſit de imperio mero, ut in auth. de defen. ci. §. nulla. in fi. §. col. iij.

b ¶ Pœnæ. i. ſupplicij: ſupplicium. n. ſuus dn̄s eſt, nō fiſcus, unde ei nihil quę rit, ut. ff. de ijs q pro non ſcrip. ha. l. iij. ſed nouo iure nemo īgenuus fit ſeruus ex ſupplicio, ut in auth. de nup. §. quod autem. & §. ſi uero. col. iiij.

Ingenuus ex ſupplicio non fit ſeruus.

ADDITIO. Dic ſecundum Angel. iſtud eſſe uerū, ſi remanet uiuus, aliud ſi in eo fiat executio mortis naturalis.

c ¶ In metallum. i. in opus metalli ad fodiendum metallū, uel ēt deportandū: & hi ne fugerent ligabant, & pondere quodam opprimebant: ut ferro, uel alio mō. Alij uero erant, qui dicebant dānati in opere metalli: & hi non tanto pondere opprimebant: & qui hinc fugiebant, in metallo ponebantur. Alij uero erant, qui in miniſteriū, uel in ſeruitiū metallicorū tm̄ ponebant: & hoc ſi perpetuo fieret, erant ſerui: alias contra ff. de pœ. l. aut damnū. §. inter eos. & §. q ſ quis. & §. in miniſteriū. Sed quid ſi prouincia non habeat metalla aliqua, uel ferri, uel ſimilis condōnis? Rn̄. in uicinā prouinciam mittebant, ut ff. de pœ. l. aut damnū. §. eſt pœna. Alij ſunt in opus publicum perpetuo dati, uel ad tēpus, qui ſunt ſimiles relegatis, ut ff. de pœ. l. quidam. Sed huiuſmodi pœnæ nō ſunt in uſu hodie.

d ¶ Beſtijs. Deducendis forte, uel ēt ut cōmederet cum eis, uel alia beſtialia faceret: de hac pœna dic, ut not. ff. de pœ. l. qui ultimo.

SYL. ¶ Adde, ꝙ qui beſtiis ſubiiciebantur, dabant eiſdē dilaniandi. * Damnati uero ad beſtias ij erant, qui in pœnā delictorū ſuorum ſeruabant, ut in publicis uenationibus cum beſtiis depugna-

rent,ut eleganter annotauit Budæus i l. Aut damnum.ff.de pœn.]

✱ ADDIT. Qui in cibum dant̃ beſtijs,ſubiecti beſtijs dicunt:qui uero ad pugnam beſtiarum introducunt̃,obijci beſtijs magis dicunt̃: cuius rei exemplum ui de apud Gel li.li.v.c.14. E. B.

† alias & ſi.

SYL.

† alias nõ ẽ ſi.

¶ Filiusfamilias. ¶ Di uidit̃ in qua tuor partes. Primo põit dictum in genere. Secundo reddit ratio nem. Tertio excipit a dicto. Quarto aſſignat rõnẽ. Secunda ibi (Militia.) Tertia ibi (Sed ex conſtõne .) Quarta ibi (Quis enim.) Ang.

¶ Sola Patriciatus dignitas liberat a patria potestate. h.d.

dispiciamus, quaa modũs nouiſſime legatis impoſitus eſt. Cũ enim olim lege duodecim tabularũ libera erat legandi ptãs, ut liceret uel b totũ patrimoniũ legatis erogare (quippe cũ ea lege ita cautũ eſſet; Vti c quiſque legaſſet ſuæ rei, d ita ius eſto.) Viſum eſt hanc legandi licentiã coarctare: idque ipſorũm e teſtatorũ gratia prouiſum eſt, ob id ꝙ plerunq; inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditates adire. f Et cũ ſuper hoc g tã lex Furia, quam lex Voconia latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei cõſummationẽ uidebatur, nouiſſime h lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare i liceat quã dodrãtẽ k totorum bonorũ: ideſt ut ſiue unus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures, apd eũ eoſue ps quarta remaneat.

d ¶ Suæ rei. Idẽ in ſua re tota, quã ipſe legauit uel ẽt aliena: nã & aliena res legari poterat & põt. ut hic, & ff. ad. l. falc. in prin. & ſupra de le. §. non ſolũ.

e ¶ Ipſorũ teſtatorũ. Non tñ licet teſtãtoribus eã renunciare, niſi in caſu, ut ff. eo. quod de bonis. §. fi. & l. ſi debitor. ar. contra C. de pac. l. pe. ibi, cũ & alia regula ſit &c. Sed hodie per authen. ſed cũ teſtator. quæ eſt C. ad l. falc. contra.

SYL. ¶ Adde, ꝙ rõ eſt, quia hodie non põt uenire caſus deſtitutionis teſtĩ. auth. hoc amplius. C. cõ. de leg. q̃ rõnẽ conſiderat tex. in auth. ſed cũ teſtator. quicquid uoluerit Bar ibi. *Quare aũt olim non liceret renũciare l. Falcidiæ, affert rõnem Alc. li. Parer. v. c. xxv.]

f ¶ Adire facit infra titul. j. §. ſed quia hæredes. Accur.

g ¶ Super hoc. Ideſt ſuper coarctanda legandi licentia.

SYL. * ¶ Quid cautum eſſet L. Furia & L. Voconia, & a quibus latæ fuerint, declarat Alcia. lib. v. Parer. c. xxiij.]

h ¶ Nouiſsime. Ideſt ultimo. Accur.

i ¶ Legare. Vel ẽt cã mortis donare. nã & ibi locũ habet Falcidia. Itẽ & in mortis cã capione, ut C. eo. l. pen. licet de hac quidã contradicante & eſt ꝓ eis ar. ff. e. l. acceptis. Itẽ in fideicõmiſsis, ut C. eo. l. ij. †

¶ Adde ꝙ Fal. habet locũ ĩ legatis, Trebel. uero in fideicommiſsis, ſecũdũ ueriorẽ ſnĩam: quia nec origine fuit introducta falcidia pp fideicõmiſſa, nec poſtea circa eã aliquid ĩmutatum: & ita ſemper & legendo & diſputando firmaui. & idẽ tenet præpo. ſeu. in xj. q. ij. caſus: licet opi. cõis ſit, ꝙ Falcidia habeat locũ in legatis & fideicommiſsis particularibus, Treb. uero in legatis & fideicommiſsis uniuerſalibus.]

† Quod SYL. eſt uerũ in fideicommiſsis pticularibus, ñ in uniuerſalibus, ut infra ti. proxi. §. ij.

¶ Itẽ in donatione inter uiuos, q̃ morte confirmatur: non alias, ut C. e. in donatione. & in his habet locum quod hic de legatis dicitur.

k ¶ Dodrantem. Ideſt nouẽ uncias totius hæreditatis: ſic. n. dodrans dr̃, ut ſupra de hæred. inſti. §. hæreditas. Si ergo fiat contrarium, de ſingulis põt fieri ſectio, ideſt quartæ partis detractio, & ipſo iure, propoſita etiam rei uendicatione, ut ff. eo. l. lineam. in fi. j. rñ. & l. plautius. & C. eo. l. ij.

¶ Adde hoc uerũ, qñ res eſt penes legatariũ ſine uoluntate hr̃dis: ſi. n. tradidiſſet hr̃s, errans in iure uel in facto, non repeteret: ita habetur in d. l. lineam.]

SYL. Falcidia ĩ una re ñ põt retineri.

¶ Iã ergo non eſt qõ, an hr̃s poſsit retinere falcidiã in una re: nam non põt,

ut in d.l.plautius. (j) Sed aliud quando quis legat partem bonorum: tũc.n. ſuccurritur hæredi, ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem dare maluerit, ut ff. de le.j.non amplius.§.j.

c ¶ Minuant. Et ſic remanent ei tres unciæ, quæ ſunt quarta totius aſsis. Accurſius.

d ¶ Is. Scilicet Seius.

e ¶ Quartam partem.i.tres uncias.

ADDIT.

(j) Hoc uerum ẽ, ſi plures ſint legatarij: ſecus ſi unus: qui põt ex rei neceſsitate, uel legatarii uolũtate, ut ibi, & l. plane. & l. ſeq. §.ſi ſolus.ff. eo. Vbi autẽ nõ cadit cõmoda diuiſio, diuidiẽ ad arbitriũ iudicis, ut l. nõ amplius ff. de le.j.§.ſi. De trebellianica uero uel lrima, dic ut hr in l. filium quẽ habẽtẽ.C. fa mi.her. An.

¶ Poteſt nedum ex tota, ſed ex parte hæreditatis detrahi Falci. p hæredem in parte inſtitutum, h. d.

¶ Et cum [a] quæſitũ eſſet, duobus hæredibus inſtitutis (ueluti Titio & Seio) ſi Titii pars aut tota exhauſta ſit legatis, q̃ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum [b] onerata: a Seio uero aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem eius dũtaxat in partẽ dimidiam minuant: [c] an quia is [d] quartam [e] partem totius hæreditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere † liceat: ut quartam partem ſuę partis ſaluam hẽat? [f] placuit poſſe [g] retinere. Etenim in ſingulis hæredibus rõ legis Falcidiæ ponenda eſt.

† alias liceret.

¶ In rõne legis Falcidiæ conſideratur quãtitas patrimonij, q̃ erat tpe mortis teſtatoris: nec augmentũ uel diminutio cõtingens poſtea ante aditam hæreditatẽ legatariis pdeſt uel obeſt. Ang.

f ¶ Hẽat. Hoc iterrogatiue lege, & poſtea reſponde, & placuit &c.

g ¶ Poſſe retinere. Scilicet quartã partẽ ſuæ ptis, quã iure hæreditario habet nõ ãt datum cã ad implẽdæ cõdõis ſibi ab aliquo ĩputabit ſibi in quartam, niſi a ſtatulibero eẽt datũ, & de pecunia hrdria, de qua ei dare permittiẽ, ut ff. eo. id aũt. & de donat. cã mor. l. quod ſtatuliber. Item nec legatum a cohærede relictum ſibi imputat, ut ff. eodem in quartam. niſi teſtator hoc cauerit, † ut ff. eodem quod autem. j. reſpon.

SIL. ¶ Et cũ quæſitũ. Caſus. Quæſitũ fuit an hrs inſtitutus in parte, & grauatus ultra dodrantẽ ſuæ partis, ſi cohæres in nullo uel modico ſit grauat⁹, poſsit falcidiã detrahere: & uidebaẽ ꝙ non, quia cum conſiderata tota hrditate nõ legauerit teſtõr ultra dodrantẽ, nõ uidebaẽ hrẽ locũ. l. Falc. ut patet ex tex. in prin. huius tituli: ſed contrariũ dr̃, & rõ eſt eadẽ, quæ fuit introductionis l. falc. ex quo.n. ſi in ſingulis hrdibus locũ non hẽret. l. Falc. hrdes grauati nõ adirent: ut hẽant teſtõres hrdes quos elegerĩt, fuit interpretata l. Fal hẽre locũ ex rõne ipſius in parte ẽt hæreditatis. Not. l. Fal. hẽre locũ, quando portio unius eſt onerata, q̃uis portio alterius non ſit.]

a ¶ Et cum quæſitum eſſet. Facit. ff. e. in ſingulis.

b ¶ Supra modũ. Ideſt ſupra quartã. Accurſius.

† Hanc glo. ſe. SYL. ¶ Adde ꝙ hæc gl. communiter approbatur: ea tamen non habet locum, & limitaẽ ex æquitate l. neſennius. de neg. geſt. & niſi de uoluntate teſtãtis appareat l. cum quo.§. ſi. ff. eo.

quũtur Fa. Pla. & Ang.

SYL. ¶ Quantitas aũt. Caſus. Quæſtionis fuerat in ponẽda rõne l. Falc. quod tp̃s attẽdereẽ quo ad inſpiciendã p̃rimonij quantitatẽ. & uidebaẽ ꝙ tp̃s aditionis, quia eo tempore hæres efficiebatur uerus dominus & eorum quæ tunc reperiebantur: attamen contrarium dicitur ea ratione, quia cum teſtator non poſsit legare niſi dodrantem, quantitas patrimonii debet attendi eo tempore, quo eſt teſtatoris: ſecuta enim mor

¶ Quantitas aũt patrimonij, ad quã rõ legis Falcidiæ redigitur, mortis tpe [a] ſpectatur. Itaque (uerbi gratia) ſi is, qui centum aureorum patrimoniũ in bonis† habebat, centũ aureos legauerit, nihil legatarijs prodeſt, ſi ante aditam hæreditatem per ſeruos hæreditarios aut ex partu ancillarũ hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum acceſſerit hæreditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartã partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerſo, ſi ſeptuagintaquinque legauerit, [b] & ante aditam hæreditatem intantum decreuerint bona, (incendiis forte, aut naufragiis, aut morte ſeruorum) ut non amplius quam ſeptuagintaquinque aureorum ſubſtantia, uel etiam minus relinquatur, ſolida legata [c] debentur. Nec ea res [d] dãnoſa eſt hrẽdi, cui liberum

† alias habeat.

te non eſt teſtatoris, ſed hæredis: uere ab adita. ficte a morte l. hæres quãq;. de acqu. hær. cum ſi. Not. attẽdi tps mortis in ponenda rõne l. Fal. Item q̃ prouentus ex rebus & hæreditarijs ante aditã non augent pr̃imonium quo ad Falcidiã. Itẽ q̃ legatarij particulares non poſſunt cogere hr̃dem adire.]

a ¶ Quantitas. Mortis tpe ſupra de leg. §. ſi peculiũ. cõtra. Sol. ibi remanet ſeruus quaſi peculij dñs.

ADDIT. In æſtimatione tñ debitoris eſt ſecus: quia ſi poſt mortẽ teſtatoris & ante aditam hr̃ditatẽ efficiat non ſoluendo, cedit damno hæredis: ſi ecõtra, cedit lucro legatariorum quo ad Falcidiam, ut. l. cum quo. ff. eo. Et eſt rõ, quia eſt ſpes, q̃ de inopia deueniat ad pinguiorem fortunam l. ſi defunctus. C. arbitu. Io. Fab.

* ADDI. Quandoq; tps aditæ hr̃ditatis ut in d. l. cũ quo, qñq; prodeſt ẽt poſt aditã: ut ſi fructus puenerunt ex legato relicto ſub condõne ante condõnem ut l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. falc. & l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad treb. & dic ut not. in l. in quantitate in prin. ff. ad l. falc. H. M.

b ¶ Legauerit. Scilicet tres partes hæreditatis, & quarta remanet: ita q̃ non habet locum Falcidia, quia centum habet in bonis, ut ſupra dictum eſt.

c ¶ Solida legata debentur. Alias dentur. Hoc locum habet, quando res hæreditariæ non legatæ perierunt.

¶ Adde q̃ in contrarium eſt text. in l. cũ quo. ff. eo. tñ tu reiectis aliorum ſol. dic q̃ ratio l. cum quo eſt, quia licet p inopiam debitoris non poſſet exactio fieri, tñ ius debiti non deficiebat. ſed integrum erat apud hæredem.]

Legatæ rei periculũ ad quẽ pertinet.

¶ Si aũt legatę pereãt, diſtingue: aut erãt in põdere, numero, uel mẽſura: & tũc idem qđ hic dr̃. †

† Niſi talia eſſent legata ut ſpẽs: puta talẽ vegetẽ uini. l. ſi uero. §. ſi. cũ l. ſequ. ff. ſol. ma.

¶ Adde q̃ rõ eſt: qa cũ ſit debitor generis, qđ perire ñ poteſt, nõ liberatur l. incẽdiũ. C. ſi cer. pet.] SYL.

¶ Aut non, & tũc aut ut certũ: ut puta hominem & tũc idem qđ hic: aut incertum ex certis: ut unum de ſeruis ſuis: & tunc ſi oẽs peant, legatarij damnum eſt, ut ff. eo. in ratione. §. diligenter. & . §. incertæ. aut pœnitus certa: ut ſtichus: & tunc perit legatario, ut ſupra de legat. §. ſi res legata. Accurſi.

¶ Aduerte quia Bar. in l. in rõne. dicit hæc oia hodie eſſe correcta, ſi hr̃s faciat inuentarium: quia tunc dãna poſt mortem non obueniũt hæredi: & ita cõiter tenetur, quamuis ego alias contrarium tenuerim, quia principium l. in rõne. non eſt correctorium: & l. ſcimus. §. & ſi præfatam C. de iure delib. probat oppo. dum dicit hæredes teneri, quatenus res deuoluuntur: & ſic tpe mortis: & licet dicatur, q̃ non tenetur amittere aliquid de ſubſtãtia, illud eſt uerũ reſpectu onerum ante mortem: nam de obuentis poſtea ibi nihil dicitur.] SYL.

d ¶ Nec ea res. Reſpõdet tacitæ obie-

eſt non adire hęreditaté: quæ res efficit, vt ſit neceſſe legatarijs, ne deſtituto teſtaméto nihil cóſequantur, cũ hærede in portione paciſci.[a]

¶ In ratione legis Falcidiæ primo deducitur es alienum, funeris impenſa, & pretia ſeruorũ: & de reſiduo quarta pars legatorum: & ſi plus eſt legatũ, quàm ſunt patrimonij vires, id primo deducitur, poſtea patrimonium defalcatur. Are.

¶ Cum auté ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducit́ ęs alienum:[b] item funeris[c] impenſa, & pretia ſeruorum[d] manumiſſorum: tunc demum in reliquo ita ratio[e] habeat: vt ex eo quarta pars apud hæredem maneat, tres vero partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata[f] ſcilicet portione eius, quod cuiq; eorum legatum fuerit. Itaq; ſi fingamus quadringétos aureos legatos eſſe, & patrimonij quãtitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorũ eſſe,

ctioni.q.d.nonne erit iniquum cõpelli adire & non lucrari,& ita dãnũ ſentire?

a ¶ Paciſci. Ideſt aliquid oportet eos dare hæredi,ut adeat. Et ita nota, ꝙ nó per oĩa ẽt hodie ſunt exæquata fideicõmiſſa legatis, nec legata fideicommiſsis. nam fideicõmiſſarius cõpellit hæredẽ ſcriptũ adire & nil ei dat,ut infra tit.j.§. ergo uer.ſed ſi recuſet. Sed illud eſt ĩ gñalibus fideicõmiſsis hoc ĩ ſpecialibus. Quæ aũt ſit dĩa inter legata & fideicõ.dixi. in l.j.ff. de leg.j.

SYL. ¶ Cum aũt rõ. Caſus. Quærebatur an de tota ſubſtãtia defuncti detrahenda eſſet Falcid.uel aliquid prius deduceret́:& uidebat́ de uniuerſa,cum defalcet́ hæreditas ꝗ eſt ſucceſsio in uniuerſum ius,quod defunctus habuit t̃pe mortis.ſed contrariũ dr̃ tradendo regulã ꝗ ſint detrahenda:& rõ eſt,quia cum bona ſint ea , ꝗ remanent deducto ære alieno.l.ſubſignatũ.§.bona.ff.de uerb.ſig.neceſſe eſt prius detrahi æs alienũ, & quod ad eius ſimilitudinẽ debet́,quã ponat́ rõ d.l.Falc.quia æs alienũ nõ cẽſet́ eſſe in patrimonio.No.ſummariũ.]

b ¶ Aes alienum. Etiam quod ipſi hæredi debebatur tempore mortis.† licet confuſione ſit factum indebitum, ut ff. eo.qui fundum.& C.eo.l. irritum . niſi expreſſe prohibeat,ut ff.eo.tit. ſi debitor creditore.

† Quod eſt uerũ hodie, ſi fecit inuẽtariũ alias ſecus l. in ſponenda. C. e.

c ¶ Funeris. Non monumenti, ut ff.e. l.j.§.ſi.Accur.

ADDIT. Niſi eſſet impenſa neceſſaria: puta quia eſſet dedecus ſepeliri in terra,ſecundum Ang.

d ¶ Seruorum. Mos erat antiquitus, ut qui ſeruos non habebat , unum uel plures emeret,qui honoris cauſa funus teſtatoris pileati antecederent: quo facto ſtatim intelligunt́ manumiſsi : & ſic illorũ manumiſſorum detrahitur pretiũ:& facit ad hãc poſitionem. C.de la. lib. tol.§. ſed & qui dñi . Vel dic ꝙ teſtõr alicui decẽ legauit, ut alienũ ſeruũ redimeret legatarius , & manumitteret.de hoc enim legato non detrahitur Falcidia, niſi de eo quod ſupeſt forte facta emptione,ut ff.de fideicõ.liber.l.decem.& ff.eo.ſed & ſi nõ ſeruus. Si aũt ſuum proprium legatarius manumitteret, tunc nullam patit́ Falcidiam legatarius:† & ita hæc pretia deducuntur,ut Falcidiam non patiant́, ut ff.eo. ſi ſeruus.& l.iulianus.

Legat alicui, ut ſer uũ ma numit tat, no defalc tur.

ADDIT. Ex quibus legis not. ꝙ qñ uni legant́ duo,quorum alterum tm̃ eſt deſalcabile,ꝙ de illo Falcidia pro utroque deducitur : ſecus autem ſi diuerſis eſſet legatum,ut no.gl.in authẽ.ſimiliter.C.eo.Aug.

† Hodi tamẽ clarũ, de leg to libe tatis ſic pio non d trahit falcidi auth.ſ milite C. eod

e ¶ Ratio habeat́. Habita.ſ.æſtimatione rerum non ex affectione, ſed cõmuni æſtimatione,ut ff.eo.l.pretia.

f ¶ Pro rata. Vt ita quartam detrahat hæres,ſi nihil ei dimiſerat teſtamento. Vel ſi aliquid erat reſiduum penes eũ, adhuc detrahat ad ſuppletionem, uel quintam, uel etiam milleſimam, ut ff.

eod. in quantitate.§.fi. & facit ad hoc C.eo.l.ij.& ff.eo.l.plautius.

a ¶ Fingamus.retēto caſu, ꝙ habebat in bonis quadringenta.

b ¶ Octaua. Scilicet quadringētorum quæ ē quinquaginta: & ita habebit hæres prima quinquagīta, & hæc aliā quīquaginta detracta: & ſic cētum: & ſic quartam.

c ¶ Quingentos. Retento caſu, ꝙ habebat ī bonis quadringēta: & ſic legauit ultra q̄ habe ret.ſ. centū.

quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quod ſi trecētos quinquaginta legatos fingamus, [a] octaua [b] debet detrahi. Quod ſi quingentos [c] legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi [d] dēt. Ante .n. detrahēdū eſt qđ extra bonorū quantitatē eſt, deinde qđ ex bonis apud hæredem remanere opȝ.

Verbū ſemel poſitū ꝓprie & improprie pōt poni.

d ¶ Detrahi debet. Improprie aūt ponit, detrahi, quo ad id quod excedit: & proprie quo ad quartam, quæ eſt in bonis: & ſic ſemel poſitū uerbum proprie & improprie ponitur, ut ff.de offi.procon.l.ij. Item nota ꝙ hæc Falcidia ceſſat in multis caſibus quos dicas ut diximus in l.in teſtō.C.ad l.fal. & in auth. de hære.& fal.§.hinc nobis.

SYL. ¶ Adde ꝙ hi ſunt caſus, in quibus ceſſat: ſi teſtator, prohibeat, auth.ſed cum teſtator.C.eo. ſecundus in milite iure militari teſtāte, & decedente in militia, uel infra annum l.in teſtamento.C.eo. tertius. ſi teſtōr uetet rē legatā alienari.auth.ſed in ea.C.e.quartus, ſi hæres aliquid egerit, ob qđ ſit indignus l. ēt C.eo.licet tunc non ceſſet, ſed ad fiſcū pertineat.v.ſi hr̄s ſolidū ſoluat, non errās in iure aut facto l.error.auth.ſed cū teſtōr.C.eo.vj.ſi fecerit hodie inuentariū.d.auth. ſed cū teſtator.vij.ſi fiat legatum ad ſuum neceſſarium.l.j.§.fi.ff. eo.viij. ſi legetur libertas uel pecunia ad ſeruum manumittendum, ut ſupra in glo.in uerſi. ſeruorum.ix. ſi legetur ad cauſam piam d. authen. ſimiliter C. eo.x. ſi legetur dos excepto commodo repreſentationis lege cum dotem. ff. eo.xj.ſi legentur inſtrumenta & cautiones fundi.i.ſi prædiorum.C.eo.xij.ſi legetur inſtrumentum fundi.i.apparatus rerum prædij exercendi cā d.l. ſi prædiorum. ſecundum alium intell.]

¶ De fideicōmiſſariis hæreditatibus, & ad ſenatuſconſultum Trebellianum.

¶ Olim fideicōmiſſa non erant neceſſaria: quæ poſtea facta ſunt, & Prætor creatus, qui de eis ius diceret.h.d.

NVNC trāſeamꝰ ad fidēicōmiſſa:

Continuatio. † alias eſt ſolū De fideicōmiſſis.

¶ De fideicōmiſſariis &c. ¶ Iuſtinianus poſt tractatū legatorū, de l. Falcidia prius quàm de fideicōmiſſis tractauit, quia lex Falcidia in legatis prius fuit inuēta, q̄ in fideicōmiſſis ſcđm P. Vel ſic: Dictū eſt de legatis: ſed q̄a de fideicommiſsis ſumus polliciti dicere, ut ſupra de leg.§.ſed ne in primis. ideo de fideicommiſsis tractemus. Et quia fideicommiſſorum aliud generale, aliud ſpeciale, generale uero dignius, de generali primo uideamus, ut infra eo.in prin.& infra tit.j.in prin. Accur.

¶ Vera continuatio eſt: Imperator in titulo de lega. propoſuit ſe tractaturū de legatis & fideicōmiſsis ſeparatim, & dixit de leg.& l fal.quia nihil magis conuenit tractatui legatorū l.ij.§.quintus.C.de ueteri iure enucl.unde modo ſequitur inſtitutum, & dicit de fideicōmiſsis, & bene declarat ibi, Nunc tranſeamus ad fideicommiſſa.] SYL.

* ADDIT. Fideicommiſſum (ait Vulpian.in titulis) eſt quod non ciuilibus uerbis, ſed precatiue relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcit. ſed ex uoluntate datur relinquentis. uide item ſupra initio de legat.

NVnc tranſeamus. ¶ Totus iſte tit.diuidit ī vij. ptes. Primo ponit, qualiter iure uetuſtiſsimo non de neceſsitate, ſed uerecundia quadam fideicommiſſa præſtabant. Secundo qūo Diuiſio

ſed prius ē, ut dē hæreditatibus fideicommiſſariis uideamus. Sciendū [a] itaq: ē oīa fideicōmiſſa primis tpibus īfirma fuiſſe: quia nemo īuitus cogebaẗ præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus [b] .n. nō poterant hæreditatē uel legata relinquere, ſi relinquebāt, fidei cōmittebāt eorum, qui capere ex teſtō poterāt hæreditatē. Et iō fideicōmiſſa appellata ſunt, quia nullo [c] uinculo iuris, ſed tm̄ pudore eorū, qui rogabanẗ, continebanẗ. Poſtea diuus Auguſtus prim9, ſemel iterumq; gratia perſonarum [d] motus, uel quia ꝑ ipſius ſalutē rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundā perfidiā, iuſſit Conſulibus auctoritatem ſuam interponere. [e] Quod

tp̄e Auguſti certis perſonis ex neceſſitate ꝓſtabanẗ, uel ēt de iure ꝑtorio. Tertio qūo fideicōmiſſum fieri dēat ut naleat. Quarto, quando reſtituta erat hæreditas, ꝙ ex ſenatuſconſulto trāſibant actiones oēs in fideicommiſſarium. Quinto, qualiter ex ſenatuſconſulto Pegaſiano hr̄s iſtitutus poterat detrahere q̇rtā: & qualiter dicto iure hæres rogatus de tota hęreditate, ut tranſirent actiones pro rata in fideicommiſſariū, ſtipulatio iter ponebatur, ſi hæres uolebat adire: ſi uero recuſabat, ex dicto ſenatuſconſulto cogebatur. Sexto Iuſtinianus iſta duo ſenatuſconſulta æquiparat: & omnia, q̄ ſenatuſconſ. Trebel. ſtatuit, eidem reſeruat: & quæ ſenatuſconſultum Pegaſianum ſtatuit attribuit ſenatuſconſ. Trebel. tanquam antiquiori. Septimo circa materiā fideicōmiſſorum certos caſus dubitabiles ponit. Secūda ibi (Poſtea.) Tertia ibi (In primis.) Quarta ibi (Reſtituta.) Quinta ibi (Sed q̄a hr̄des.) Sexta ibi (Sed quia ſtipulationes.) Septima ibi (Nihil autem intereſt.) Ang.

SYL. ¶ Nunc tranſeamus. Caſus. Non ponitur, quia nihil deciditur, ſed ſolū ius antiquū recitatur: non .n. erant neceſſaria ab initio fideicommiſſa, q̄a ut ex eorū appellatione conſtat, ſola fide nitebantur: facta aūt ſunt neceſſaria ex cā in tex. expreſſa. Not. fideicommiſſa uniuerſalia tanquā digniora ꝓferri, q̄a eſt titulus uniuerſalis. Item ꝙ de iure antiquo fideicommiſſa non hēbant neceſſitatē. Itē ꝙ fuerunt olim inducta ex mala cā, quia fiebant in fraudem .ll. prohibentium incapacibus relinqui. Itē not. etymologiam uocabuli. Item ꝙ princeps ex cauſa poteſt uel ex gratia iubere aliquo caſu id obſeruari, & effectum habere, quod de ſe eſt inualidum. Item ꝙ iuriſdictio datur tacite. Item ꝙ olim fuit prætor fideicommiſſarius.]

a ¶ Sciēdū itaq; eſt q: d. tractaturis nobis de fideicōmiſſis quia eorum apud antiquos aliter ſe hēbat tractatus, ne q̄d antiquitatis penitus ignoreẗ, itaque dicamus de fideicō. generalibus & ſpecialibus, ut arg. ſupra de teſtamen. in princ.

b ¶ Quibus ut ſpuriis: & in his nil innouaẗ. nam nec hodie ualet fideicōmiſſum, ut ff. de iure fiſci. non intelligitur §. j. ij. & iij. & C. de nat. lib. l j. & ij. & C. ad l. fal. l ēt. ſecundum Azo. Sunt & alij qui capere non poterant, nec poſſunt, ut. ſ. de leg. §. legari. diximus & in his omnibus nil innouatur: ut in muliere q̄ tranſit ad ſecunda uota infra tempus luctus, cui ab extraneo relinqui non poteſt, ut C. de ince. nupt. l. ſi quis inceſti. & C. de ſec. nupt. l. j.

c ¶ Nullo uinculo. i. nulla actione, ſed per officium iudicis, ut ff. de uerb. ſign. pecuniæ uerbum. §. actionis.

¶ Adde tamen, ꝙ ꝓſecutio hēret uinculū iuris, licet extraordinarium, ut probatur ex definitione obligationis iūc. l. obligationū. §. lege. ff. de act. & oblig. unde dicendū ꝙ fideicommiſſa iure priſco nec ēt officium iudicis habebāt: ſed hodie uniuerſalia habent perſecutionē particularia, quia legatis exæquata habent actionem: & ita intelligo.] SYL.

d ¶ Perſonarū. capaciū dūtaxat: nō earū, q̄ ſunt non capaces, de quibus ſupra locutus eſt: & dic ꝓſonarū, quarundam.

e ¶ Interponere. ſ. ut fideicom. præ-

ſtentur generaliter in omnibus.
a ¶ Populare.i.populo expediens.
b ¶ In aſsiduam iuriſdictionem, ideſt ut aſsidue de hoc ius reddatur etiam ab aliis, quàm a conſulibus. Accur.

& utilem actionem dicamus. Nam quod recto iure antiquo fit, & nulla interpretatione, directum dicimus. Quod uero propter ſimilem utilitatem receptum eſt iterpretatione beniguiore, id utile appellatur. E.B.

quia iuſtū uidebat̃, & populare [a] erat, paulatim conuerſum eſt in aſſiduam [b] iuriſdictionē: tantuſq; eorū [c] fauor factus eſt, ut paulatim ēt Pretor proprius crearetur, [d] qui de fideicōmiſsis ius diceret, quem fideicommiſſarium appellabant.

¶ Hæres ſolenniter inſtitutus grauari pt̃ fideicommiſſo in totū uel in parte, pure, ſub condōne, uel ex certo die. h.d.

¶ In primis [e] igitur ſciēdū eſt, opus eſſe ut aliquis recto iure teſtō hēs inſtituat̃, [f] eiuſq; fideicōmittatur, ut eam hēditatē alij reſtituat: alioqn inutile [g] eſt teſtm̄, ī quo nemo hæres inſtituit̃. Cū igitur aliqs ſcripſerit, Lucius Titius hæres eſto. pt adiicere, Rogo te Luci Titi, ut cū primū poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas reſtituas. Pōt aūt qſq; & de parte reſtituenda hæredē rogare. Et liberū ē, uel pure, uel ſub condōne [h] relinquere fideicommiſſum vel ex certo die.

c ¶ Eorū.i. fideicōmiſſorum.
d ¶ Crearetur. ut ff. de orig. iu.l.ij. §.poſt deinde diuus.
SYL. ¶ In primis Caſus. Dubitatum fuerat, an in fideicōmiſsis dādis aliqua requireret̃ ſolennitas: & uidebatur ꝙ non, quia in eis ſola teſtantis uolūtas inſpicit̃ l. cum uirū C. de fideic. contrarium deciditur, ꝙ neceſſe eſt hēdē grauatū recte eſſe inſtitutum: ſi enim eſſet inſtō nulla, ſecundum hoc ius annullaret̃ ēt fideicommiſſum. ſed tunc dubitatum fuit, an ex certa die uel qūo relinqui poſſet: & uidebatur dicendū ꝙ non, cū hoc modo hæreditas dari non poſsit. §. hæres ſupra de hær. inſtit. & fideicommiſſarius & hæres æquipareut̃ l.j. §. de illo. ff. ad treb. tamen contrarium dr̃, quia ideo illud contingit in hæreditate, ne pro parte tp̄is contingat illum decedere ītestatū: quod non contingit in fideicōmiſſo uniuerſali: iō ceſſante rōne impeditiua ceſſat lex. Not. legatū relictum ab eo, qui omnino nolebat teſtari ſine inſtitutione hæredis, eſſe nullum. Item ꝙ fideicommiſſum uniuerſale dr̃ tam de parte quàm de toto. Item ꝙ poteſt relinqui, ut in ſummario.]
* ADDIT. Ex initio huius. §. patet cur directo, & utiliter, directūque

e ¶ In primis. ſ. q̄a ius fideicōmiſſorū expoſituri ſumus: q̄m aūt fideicōmiſſa uniuerſalia & ſingularia hoc ſ. ut hēs primo inſtituatur, i ſua habent natura cōiter: igit̃ & de eo i primis notādū eſt. ſic & econtra dr̃ & continuatur ſupra de le. §. ſed ne in primis.
f ¶ Hēs inſtituat̃. pōt ēt ab inteſt. ut infra eo. §. præterea. qui eſt contra.
g ¶ Inutile. Nota non ualere teſtm̄ ſine hærede: ſic ff. de iis quæ in teſt. delē. l. proxime. & ff. de codi. l. fi.
¶ Adde, ꝙ aut conſtat quem uelle codicillari: & tunc licet ibi non ſit inſtō, ualet fideicommiſſum etiam uerbis directis datum ex mente diſponentis l. ſceuola. ff. ad treb. & hoc tunc dicit̃ apparere, quando appoſuit clauſulam codicillarem: aut conſtat uoluiſſe omnino teſtari: & tunc omnia ſunt inualida ſine inſtitutione l.j. ff. de iure cod. & ita debet intelligi hic text. aut ſumus in dubio: & uerbis directis factum non ualet d.l.j. aut obliquis uel communibus: & ualet, d.l. ſceuola. SYL.
h ¶ Sub condōne. quæ & a quo ſunt implendæ conditiones, dic ut ff. ad trebel. facta. §. ſi ſub conditione.
¶ Adde ꝙ glo. non intellexit text. hic enim SYL.

enim loquitur de condõne adiecta fideicommiſſo, in.d.§.ſi ſub conditione. de conditione adiecta hæredi.

SYL. ¶ Reſtituta. Caſus. Quærebaẽ, an facta hæreditatis reſtitutione reſtituens remaneret hæres: & uidebaẽ ꝙ nõ: quia ex quo a.l. ciuili, in cuius ptãte eſt aliquẽ facere hr̃dem, introducta ẽ reſtõ hæreditatis, non vr ꝙ aliqs poſſit eſſe hæres ſine hr̃ditate. contrariũ decidiẽ ex regula cõi, ꝙ qui ſemel eſt hæres, nõ deſinat eſſe hæres. l. ei q ſoluendo. ff. de hæred. inſti. No. quẽ non deſinere eſſe hæredẽ ẽt facta reſtitutione hæreditatis. Itẽ no. ꝙ utiles actiones tranſeũt in fideicommiſſarium.]

¶ Qui reſtituit hæreditatẽ, remanet hæres noĩe, & in fideicõmiſſariũ tranſeunt oẽs actiones. Aret.

¶ Reſtituta aũt hæreditate, is quidem, qui reſtituit, nihilominus hæres permanet:[a] is uero, qui recipit hr̃ditatẽ. aliquando[b] hæredis, aliquã do[c] legatarii loco habebaẽ. Et Neronis q dẽ tpibus Trebellio [d] Maximo & Anneo Seneca Cõſulibus [e] ſenatuſconſultum factum eſt, quo cautum eſt, ut ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes [f] actiones, q iure ciuili [g] hæredi & in hæredem competerent, ei & in eum darenẽ, cui ex fideicommiſſo reſtituta † eſt hæreditas. Poſt quod ſenatuſcon. Prætor utiles actiones ei & in eũ, qui † recipit hæreditatem, [h] quaſi hæredi & in hæredem dare cæpit.

¶ Hæres rogatus de fideicõmiſſo uniuerſali uel particulari, ꝑ ſenatuſconſultum Pegaſianũ poterat quartam deducere, & in hærede omnes actiones remanebant, niſi cautio fuerat interpoſita inter eum & fideicommiſſarium de actionibus diuidẽdis. Aret.

bellianum ſenatuſcon. ut & Macedonianum a Macedone, ut ff. ad ma. l. j.

e ¶ Conſulibus. ſ. exiſtentibus.

f ¶ Oẽs. immo non oẽs ẽt per Trebellianũ, ut infra eo. §. ergo. contra. Sol. licet hic dicat oẽs: non tamen dicit tota, uel in totum, ſecundum Io. † Vel dic, ꝙ quãdo de toto erat rogatus, habebat locum quod hic dr̃: ſi aũt retenta quarta de cætero erat rogatus, hẽt locum qđ dicitur infra. Accur.

¶ Adde, ꝙ vtraq; ſolut. põt eſſe bona: & differẽtia inter omne & totum eſt, ꝙ omne eſt plurium, totum unius infra pro ſoci. in prin. & ibi gl.]

† alias eſſet.
† alias recepit
† Et ſic uerbi oĩs, eſt diſtributiuũ uniuerſalium, ꝯo tus u.ro pa ti SYL. cularia: qđ no. ſecũdũ Ang. Sꝫ Io Fab. hic reprobat, & tenet ſequẽtẽ ſolutio.

a ¶ Reſtituta. Hæres permanet. Not. quod ſemel eſt, ſemper erit: ſic ff. de mino. l. et[illegible] ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. & ff. de hær. inſtit. l. ei qui ſoluendo in ſi Accur.

ADDI. Hoc obtinet in ĩmurabilibus de nã uel conſtõe iuris, alias ſecus, arg. §. ut aũt. in auth. de non alie. Ioan Fab.

b ¶ Aliquando. i. ſecundum unum ius: ut per Treb. ut ſtatim dicet: nam omnia tranſibant.

c ¶ Aliquando. i. ſecundum aliud ius non erat loco hæredis, ſed legatarii: ut per Pegaſianum, ſecundum quod retinet inſtitutus quartam, ut infra e. §. ſed quia. &. § poſt quod.

d ¶ Trebellio. & hinc dictum fuit Tre

g ¶ Iure ciuili. uel etiam prætoriæ, dummodo tales ſint prætoriæ, quæ ſunt tranſitoriæ: ut ſunt perſecutoriæ, ut ff. de act. & obli. in honorarijs &. ff. eo. l. j. §. quanquã. ſecus in pœnalibus, ut infra de actio. §. pœnales.

SYL. ¶ Adde, ꝙ eatenus eſt hæres abſque aliqua cautione tutus aduerſus creditores, reſpectu actionum deſcendentium a defuncto, ut per Ang. hic & alios.]

h ¶ Hæreditatem. non facta ceſsione actionum. alias enim etiam directas habet ex nomine cedentis.

SYL. ¶ Sed quia. Caſus. Non figurabitur, cum recitetur ius antiquum: aſsignatur enim ratio introductionis in text. Not. ꝙ deſalcatio ex fideicõmiſſo fuit introducta ex ſenatuſconſul. Pegaſia-

no. Item q ipſo iure ex pegaſiano diminuunt h.h icõmiſſa, ſicut legata ex l.ſal. Itẽ q detractio de fideicommiſsis nõ eſt ex.l.ſal. Et de particularibus,ſed ex pegaſiano. Cætera not.uide hic per doct.]

igit,alias & melius.§.qm̃ aũt. quaſi circa fi.tit.colum. vj. Et uide alias plures quartas per Io.Fab.& Aug.hic.

¶ Sed quia hæredes ſcripti,cũ aut totam hæreditatẽ,aut pene totam plerunq; reſtituere rogabantur,adire hæreditatẽ ob nullũ uel minimum lucrũ recuſabãt, [a] atque ob id extinguebantur fideicõmiſſa: poſtea Veſpaſiani Auguſti tpibus Pegaſo & Puſione Cõſulibus [b] Senatus cẽſuit, ut ei,qui rogatus eẽt hæreditatẽ reſtituere, perinde [c] liceret quartam partẽ † retinere,atque ex.l.Falcidia ex legatis retinere conceditur. ¶ Ex ſingulis quoq; rebus,quæ per fideicõmiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt. [d] ¶ Poſt [e] quod ſenatuſconſultũ ipſe hæres onera [f] hæreditaria ſuſtinebat: ille autem,qui ex fideicommiſſo recipiebat partem [g] hæreditatis,legatarii partiarii loco erat.i. eius legatarii cui pars bonorum [h] legabatur: quæ ſpecies legati partitio uocabatur,quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatẽ. Vnde q̃ ſolebãt [i] ſtipulationes inter hæredẽ & partiariũ

a ¶ Recuſabant, ſic ſupra titu.j. in princ.

b ¶ Conſulibus. ſ. exiſtentibus.

c ¶ Perinde liceret quartã &c. id eſt dicere, ſicut per.l.ſal.defalcanẽ ſpecialia legata, ut ſupra tit.j.§.cũ autẽ.& §.j. ita & generale fideic.defalcatur per pega.ſenatuſc. ut hic.Et nota triplicem eſſe quartã. Vna dr̃ iure naturæ debita:ut q̃ debetur filiis & filiabus & inferioribus,& ſuperioribus & quibuſdam tranſuerſalibus, ut C. de inoffi.teſt.cum quæritur. & l. parentibus.quæ eſt aucta in auth.de trien. & ſem.§.j.& hæc dicitur debitum bonorum ſubſidium,ut C.de inof.don. ſi totas. Alia eſt, quæ debẽ iure inſtitutionis:ut ex ſingularibus legatis & fideicommiſsis,ut ſupra tit.j.Alia quæ dicitẽ trebellianica,ut infra eo.§.ſed quia.licet fuerit p pegaſianum iducta,ut hic. Item eſt quarta quædã, quæ debẽ ex conſtõne diui Pii filio arrogato,ut ſupra de adopt.§.cum autem.

ADDIT. Item eſt & alia, q̃ debetur concubinæ,quam quis acceperat ea intentione, q eam duceret in uxorẽ: qm̃ ſi poſtea animo mutato illam expellat, tenẽ ei quartã partẽ ſuæ ſubſtantiæ dare,ut in auth.qui.mo.na.eff.legi.§. ſic

† Concor. cũ hoc textũ cap. raynut. in glo. ſup uerbo trebellianũ ante mediũ extra d teſta. Quarta eſt multiplex.

d ¶ Permiſſa eſt.per ſenatuſcon.pegaſianum.ſ.ab hærede, nõ a legatario grauato alii dare uel reſtituere,ut dicemus infra tit.j.§. j.

* ¶ Vide q̃ ibi dixi, & Bart. in l. j. §.deniq;. ad ſi.ff. eo.] SYL.

e ¶ Poſt qđ ſenatuſcõ.ſ. pegaſianũ.

f ¶ Onera. ſ. omnia.

g ¶ Partẽ. ſ. dodrantẽ.

h ¶ Pars bonorum.

ADDIT. Intelligas tamen ſub nomine hæreditario: alias autem iſte tex. non procederet; quia ille,cui relinquitur pars bonorum, non ſuſtinet aliqua onera, ut.l.bonorum.ff.de uerb.ſigni.&. no.in l.non amplius.§.fin.cum l.ſequ.; & ibi Bartol.ff.de lega. j. & facit text. cum glo.& Bart.in.l.mulier.§.fi.ff. eo. Angel.

i ¶ Solebant.ſ.iure uetuſtiſsimo, ſecũdum Pla. nam legatarius nõ ſuſtinebat onera,& iõ hæc ſtipulatio interponebatur. Sed cum hodie legata fideicõmiſſis ſint adæquata,ut ſupra de leg.§. ſed non uſque.& in fideicommiſſo diuidãtur onera inter hæredem & fideicommiſſarium,ut.j.proxi.§.ergo. &.§. ſed quia ſtipulationes. patet q hæc legata uniuerſalia ſeu particularia ſine ſtipulatione debent tranſire cum onere. & facit adhuc.§.ff.de leg.ij. ſi quis ſeruum §.ſi.&.l.ſeq.

¶ Adde hoc non procedere legata par, SYL.

legatariũ interponi, [a] eædẽ interponebãtur inter eũ, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatẽ, & hæredẽ: ideſt ut lucrũ & dãnum hæreditariũ pro rata parte inter eos cõe [b] eſſet.

¶ Rogatus reſtituere dodrãtẽ, actiones diuidit pro rata: ſi uero ultra dodrantẽ, ex Pegaſiano remanent actiones pœnes hæredẽ, niſi ſtipulatio ſit interpoſita, ſi ſpõte adiit: alias oẽs trãſeunt in fideicommiſſarium. h. d.

¶ Ergo [c] ſi quidem nõ plus quàm dodrãtem hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere, tunc ex Trebelliano ſenatuſcon. reſtituebatur hęreditas, & in utrunq; actiões hæreditariæ pro rata [d] parte dabantur: in hæredem quidẽ iure ciuili, in eũ uero, qui recipiebat hæreditatem, ex ſenatuſcon. Trebel. tanquã in hæredem. At ſi plus quâm dodrantẽ, uel ẽt totam hæreditatẽ reſtituere rogatus eſſet, locus erat Pegaſiano ſenatuſconſulto: & hæres, qui ſemel adierat hæreditatẽ, (ſi mó ſua uolũtate adierat) ſiue retinuerat quartã partem, ſiue retinere noluerat ipſe uniuerſa onera [e] hæreditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidẽ retenta, quaſi partis & pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquã inter partiariũ legatariũ & hæredem. Si uero totam hæreditatẽ reſtitueret, [f] emptæ & uenditæ hæreditatis ſtipulationes interponebantur. [g] Sed ſi † recuſabat ſcriptus hæres adire hęreditatem

te bonorum ſecundum Bar. in. d. §. fin. etiam facta exæquatione.]

a ¶ Interponi. puta quando legabatᷓ dodrans.

b ¶ Cõe eſſet. Sed hac ſtipulatione nõ ĩterpoſita omnia onera erant hr̃dis rogati occaſione quartæ. quã retinebat, ut infra eo. § proxi. uerſi. at ſi plus.

SYL. ¶ Ergo ſi q. dẽ. Caius. Quærebatᷓ, an rogatus reſtituere eſſet oĩno immunis ſecũdum ius antiquũ: & reſpondetᷓ pro ut in text. corrigitᷓ. n. hoc qđ hic dr̃ ex. §. proxi. ſeq. & aſſignatur ibi rõ deciſiõis. Iõ nõ expedit aliter caſum figurare, quia litera plana eſt. Not. ꝙ q̃uis iuris ciu. appellatiõe ueniant illæ. v. ꝑtes de quibus. ſ. de iure na. gen. & ci. tñ in ſpẽ ſumẽdo nõ comprehendit ẽt ſenatuſconſulta. ita ẽ tex. hic dum dicitᷓ, in hæredẽ quidẽ iure ciuili, in fideicom. ex ſenatuſc. Item ꝙ hæres recuſans adire cogitᷓ ad petitionẽ fideicommiſſarii adire & reſtituere. Itẽ ꝙ tali caſu hæres ẽ immunis ab oĩ dãno. Itẽ ꝙ nihil lucri ſentit. Item ꝙ regulariter hæres grauatus cogitᷓ inuitus adire & reſtituere, niſi teſtator contrarium diſpoſuerit, gl. in. l. debitor. ĩ princip. ff. eod.]

c ¶ Ergo ſi quidem. Tunc demũ locũ habet ſenatuſcon. pegaſianum, quando uel totũ uel ultra dodrãtẽ hr̃s rogatꝰ ẽ reſtituere: ergo &c.

d ¶ Pro rata parte. ſ. eo. §. reſtituta. cõtra. Solu. ut ibi.

e ¶ Vniuerſa onera. Niſi ſtipulatione ſupradictã interpoſuiſſet, vt. ſ. e. §. poſt qđ & hæc ſubiicit.

f ¶ Reſtitueret. ſ. ſpõte. Nã poterat quartã retinere ꝑ pegaſianũ. ſ. eod. §. poſt qđ.

* ADDI. ſtipulatio emptæ & uẽditæ hæreditatis đclaratᷓ in. l. uẽditor ff. de hæ. uel actio. uen. in gl. interpoſita. H. M.

g ¶ Interponebãtᷓ. facit ff. de pecu. ſi creditor. & ff. mand. hæredem. §. fin.

† alias reçuſet.

* ADDI. Qđ paulo añ dr̃ quaſi ꝑtis & ꝑ ꝑte, itellige hoc fuiſſe nomẽ ſtipulõnis interpoſitæ inter hr̃dẽ & fideic. đ qua Vlp. ti. xxv. ꝑtis, inqt, & ꝑ ꝑte ſtipulõnes ꝓprie dñr, q̃ de lucro & dãno cõicãdo ſolẽt interponi ĩter hr̃dẽ & legatariũ ꝑciariũ. i. cũ quo ꝑtitus ẽ hr̃s.

ditatē ob id, ꝙ † diceret eam ſibi ſuſpectā eſſe quaſi dānoſam, [a] † cauebat Pegaſiano ſenatuſcon. ut deſiderante eo, cui reſtituere rogatus † eſſet, iuſſu Prætoris † adiret, & reſtitueret hæreditatē: perindeq; ei & in eum, qui † reciperet hæreditatem, actiones † darent, ac iuris eſt ex Treb. ſenatuſcōſul. Quo caſu [b] nullis ſtipulationibus ē opus: quia ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas dat, & actiones hæreditariæ ei & in eum transferuntur, qui recipit hæreditatē: utroq; [c] ſenatuſcōſulto in hac cōcurrente ſpecie.

¶ Omnis uirtus Pegaſiani ſenatuſconſulti tributa eſt Trebelliano: & hæres reſtituit hodie retenta quarta, actionibus diuiſis pro rata: & hēs hodie ex eodem ſenatuſconſulto cogit adire. h. d.

¶ Sed quia [d] ſtipulationes ex ſenatuſcōſulto Pegaſiano deſcendentes & ipſi antiquitati diſplicuerunt, & quibuſdam caſibus [e] captioſas eas homo excelſi ingenii Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas [f] quàm difficultas placet: ideo omnibus nobis ſuggeſtis [g] tā ſimilitudinibus quam differētiis utriuſq; ſenatuſconſulti, placuit, exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, quod poſtea [h] ſuperuenit, omnem auctoritatē Trebelliano ſena-

† alias dicat.
† alias cauet.
† alias eſt.
† alias adeat & reſtituat.
† alias recipit.
† alias dantur.

a ¶ Quaſi damnoſam. Licet cām non aſſignet. quia uariæ ſunt hoīum uolūtates, ut ſ. ad treb. l. quia poterat. Acc.

SYL. ¶ Adde, ꝙ iſto caſu eſt uoluntas ꝓ rōne, quia hoc agit principaliter ut ſe exoneraret, nō ut alium grauet: alioqn ſola uoluntas, ſi tenderet ad aliquē grauandum, ex uanis ſuſpicionibus mota nō ſufficeret. l. hęc autē ſatiſdatio. in princ. ff. ſi cui plus q̃ p. l. fal.]

b ¶ Quo caſu. i. cū p trebel. reſtituit tota. Vel dic p pegaſianū. ſ. i caſu propoſito ubi coact⁹ adijt: ſi uero non coactus, ſed ſpōte, ſecus, ut. ī. eod. §. uerſi. ſi uero totam.

c ¶ Vtroq;. ſ. treb. quia nil retinebat: & Pegaſiano, quia cogebatur: & ita quo ad ſn̄iam cōcurrunt, quo ad uerba non concurrunt: cū alio caſu unum, & alio aliud loquebatur.

SYL. ¶ Sed quia ſtipulationes. Caſus. Nō pōt figurari, quia ponit correctio iuris antiqui, eſt. n. pro rōe dubitandi ipſum ius antiquum: rō aūt correctionis ponitur in tex. ibi, ſed quia. in prin. Not. igit ſimplicitatem amicam. ll. caliditatē inimicam: quod intelligendum eſt de prudenti, non de ſupina. l. nec. ff. de iur. & fac. ig. Itē no. ꝙ oīs uirtus pegaſiani ſenatuſconſulti eſt hodie tributa treb. Et illud in quo magis ualebat. cætera no. dic vt per Ang. & alios.]

d ¶ Sed quia. Dixi interponi ſtipulationes ex ſenatuſcon. pegaſiano &c.

e ¶ Quibuſdam caſibus ſ. pp ſolēnitate uerborū, ut hic dicunt quidā: uel tunc, qn̄ is, cui reſtituta erat, nō erat ſoluendo: unde inutilis erat ſtipulatio. Vel uerius, hos captioſos modos neſcimus q ſint. Accur.

f ¶ Simplicitas. Not. ſimplicitatē amicā legibus: & facit ĩ. de leg. ag. ſuc. §. & hæc quidē. & ff. de dolo. l. j. in prin.

Simplicitas ē legibus amica.

* ¶ Declaraui. ſupra titu. de iuſt. & iur. §. his igitur.]

SYL.

ADDIT. Intellige de ſimplicitate quæ eſt contraria fraudi: non aūt de fatuitate: quia illa eſt dānabilis. l. iij. §. fi. ff. de ſuſp. tut.

g ¶ Suggeſtis. hic nota, ꝙ in ſentētia ſunt allegationes repetendæ.

In ſnīa ſunt allegationes repetēdę.

¶ Aduerte tn̄, quia argm̄ non concludit: quia licet iſtæ ſimilitudines ſint repertę, tamen nihil inferunt ad ſnīam.]

SYL.

h ¶ Quod poſtea. quia prius fuit treb.

* ADDITIO. Ratio quare exploſo Pegaſiano oēm auctoritatē Trebelliano præſtare placuerit Iuſtinia. colli-

tuſconſulto præſtare ut ex eo fideicõmiſſariæ hæreditates reſtituantur, ſiue hẽat hæres ex uoluntate teſtatoris quartam,[a] ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: ut tunc quãdo uel nihil, uel minus quarta apud eũ remanet, liceat[b] ei uel quartã, uel quod deeſt, ex noſtra auctoritate retinere, uel repetere ſolutum,[c] quaſi ex Trebelliano ſenatuſc. ꝓ rata portione actionibus[d] tam in hæredẽ, quàm in fideicommiſſariũ cõpetentibus. Si uero totã hrẽdi tatẽ ſponte reſtituerit,[e] oẽs hrẽditariæ actiones fideicommiſſario & aduerſus eũ † cõpetunt.[f] Sed & id, quod ꝑcipiũ Pegaſiani ſenatuſcõſulti fuerat,[g] ut qñ recuſaret hæres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire, neceſsitas ei iponeret totam hæreditatem uolenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eam & contra eum tranſ- † alias competant.

gĩt ex.l.ij.§.ſolum autem.C.de uet.iur. enucle. reiectis alijs rationibus multorum. H. M.

a ¶ Quartam.ſ. de bonis hæreditatis: detracto tamen alieno ære, ut C.eo.& ſi ne ſcriptura ADDIT. Põt tamẽ fideicom. uolẽte quartã totius hrẽditatis deducere: & tunc tenet creditoribus ꝓ ſua rata: de quo & qualiter legatariis teneatur, uide Ang. hic.

b ¶ Liceat. Etiã contra uolũtatẽ defuncti iure iſto.ſ. inſtõnũ, ut C.ad l.falc.ſi ut al legas, hodie forte contra ſecũdũ quoſdã, ut in auth.de hære.& falc.§. ſi uero expreſsim.

SYL. ¶ Adde, ꝙ cõis opi.hodie eſt, ꝙ prohiberi poſsit, cum hoc ſit clarum in falcidia, auth.ſed cum teſtator.C.ad.l.falc.q̃ hodie eſt æquiparatã.l.Marcellus.§.qđ autem.ff.ad treb.

c ¶ Solutum. Propter facti.non iuris ignorantiam. ut C.ad.l.fal. error.

d ¶ Actionibus.ſ.creditorũ, non legatorũ, ſecundũ B.ut ff.e.l.j.in fi.& l.apud j.reſpon.ſed & legatariis reſpondet hæres, cũ eis fideicõmiſſaria portio nõ ſufficit: ſic tamen ut totius hrẽditatis quarta ſibi reſeruetur, ut ff.ad treb.l.j.§.ſi is qui.ſecundum Ioan.Sed Azo contra C. ad treb.l.ij.Sed illa ſecundum ſupra dictam diſtinctionem intelligitur.

SYL. ¶ Adde, ꝙ aut hrẽs cogĩt adire, quo caſu nihil retinet, & tunc non tenet, infra uer.ſi uero totam. aut erant facta tot legata, ꝙ fuit neceſſaria detractio quartæ: & ſimiliter in nihilo tenet legatariis.l. j.§.fi.ff.eo. quia debet hrẽ quartã ſaluã, aut habebat hrẽs plus quarta ſub noĩe quotæ: ueluti ſi erat reſtituenda (puta) dimidia tm̃: & tunc tenet legatarijs pro rata tm̃. intellige tamẽ pro rata totius, dũmõ quarta non lædat.l.j.§.pe.ff.eod. Aut teſtator aſsignauit hrẽdi aliqd, ut deducto eo totum uadat ad fideicõmiſſarios nã tũc q̃uis habeat plus quarta, non tenet legatarijs, niſi bona fideicommiſſarij non ſufficerẽt. l. j.§. ſi is qui cccc.ff. eo.]

e ¶ Reſtituerit. Quæ reſtitutio fiet re & uerbo. Re: ut ſi patiatur res hæreditarias a fideicommiſſario poſsideri, uel totas, uel aliquas earum, hac mente. ut reſtituat hrẽditas. Verbo autem ſic, Reſtituo hrẽditatẽ tibi. licet corporaliter rerũ poſſeſsionẽ non tradam: & ex tunc res fiunt fideicõmiſſarii in utroque caſu, ut ff.ad treb.facta. Sed nunquid ẽt ante factam reſtõnem eſt fideicõmiſſarius dominus, ut C.cõia de leg.l.fi.§.ſed quia? Reſpon.nõ, quia ante reſtõnẽ oĩa facit hrẽs: & ẽt manumittit ſeruum hæreditariũ: qđ non faceret, ſi alius eſſet dominus, ut ff.ad treb.marcellus.§.res.&.l.ſi hrẽs inſtitutus.§.ſi hęres. Nec ob.d.l.cõia delega. q̃ dicit dare rei uendi.fideicõmiſſario generali: nam eſt intelligendũ, ex quo hrẽditas eſt reſtituta. Vel ſpeciale ẽ in rebus alienatis, ut ante reſtitutam hæreditatẽ detur fideicommiſſario utilis rei uendicatio.

f ¶ Cõpetunt. Quia ꝑ oĩa eſt ut hæres ut ff.quod cum eo.l.ſi filius.§.fi.

g ¶ Fuerat. Vt ſupra eo.§.ergo.uerſic. ſed ſi recuſabat.

a ¶ Apud hæredē. Cui ēt cauebit fidei cō. de præſtando eum indemnem futurū occaſione hæreditatis, ut ff. ad treb. cum hæreditas. & ēt pro futuris habet exceptionē, ut ff. ad treb. l. j. §. ꝗꝗ. Sed hec coactio, de qua hic dr̄, qualiter fit? Rñ. ꝑ officiū iudicis poſtulante eo, cui eſt reſtituēda hæreditas, uel quota pars: nō aūt ſi ſingulare fidei commiſſum ſit relictum, ut ff. ad tre. l. nā qd. §. ñ eīs. uel etiā poſtulante procuratore eius, cui fit mādatū: nec ſufficit caue re d' rato, ut ff. ad treb. ꝗ ita. §. j. ADDIT. Et no. ꝙ procuratori ſimpliciter & habenti ſpeciale manda tū pōt fieri reſtō ħdita tis, non aūt procuratori in rem ſuā ſi ue ceſſionario. l. cū mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. Are.

ferre actiones: & hoc tranſpoſuimus ad ſenatuſconſul. Trebel. ut ex hoc ſolo neceſſitas hæredi impo natur, ſi ipſo nolente adire fideicommiſſarius deſideret reſtitui ſibi hæreditatē: nullo nec dāno, nec cōmodo apud[a] hæredem remanente.

¶ Quæ de tota hęre ditate cauta ſunt ha bēt locū i pte. h. d.

¶ Nihil aūt intereſt, utrū aliquis ex aſſe hæres inſtitutus, aut totā hæreditatē, aut pro parte reſtituere rogat: an ex pte hr̄s inſtitutus, aut totam eā partē, aut partem partis reſtituere rogat. Nam & hoc caſu eadē obſeruari pręcipimus, q̄ in totius hę reditatis reſtitutione diximus.[b]

SYL. ¶ Nihil aūt. Caſus. Nō figurat in tā gñali regula: modicum. n. dubitationis habebat, ꝙ illud, qđ de toto dicebatur, haberet locū in parte. l. q̄ de tota. ff. de rei uen. No. ſummariū, & ꝙ idē eſt iuris in fideicōmiſſo quotæ partis, quod in fideicommiſſo totius hæreditatis.

b ¶ Nihil aūt. Diximus. ut. ſ. eo. §. ſed quia ſtipulationes, & ꝑxi. §. Et no. ꝙ idē iuris eſt in toto quo ad totū, quod in parte quo ad partem, ut ff. de acqu. hær. ſi ſeruus. & ff. de uſur. qui ſcit. in. prin. Arg. cōtra. ff. de eui. ex mille. ADDIT. Tu dic ꝙ hæc regula procedit, qñ eſt eadem rō in parte, quæ in toto: alias ñ, ut in cōtrario, ut ibi declarat gl. ii j.

Ius idē ē in toto quo ad totū, quod in parte quo ad partē, & ecōtra.

¶ Si retēta certa re aſcēdente ad quartā rogatus ſit reliquum reſtituere, reſtituta hæreditate, oēs actiones inſolidum tranſeūt in fideicōmiſſariū, & hæres ad nulla onera hæreditaria te neeur. h. d.

¶ Si quis una aliqua re deducta ſiue ꝑcepta, q̄ quartā[c] continet (ueluti fundo vel alia re) rogatus ē reſtituere hæreditatē, ſimili mō ex Trebel. ſenatuſcō. reſtō fiet, perinde ac ſi quarta parte retēta rogatus eſſet reliquā hæredi tatē reſtituere. Sed illud intereſt, ꝙ altero caſu. i. cū deducta ſiue ꝑcepta aliqua re reſtituitur hr̄ditas, inſolidū ex eo ſenatuſ cōſulto actiones trāſ feruntur: & res, quæ

SYL. ¶ Si quis. Caſus. Dubitabat, reli cta aliqua re particulari hr̄di, ſi rogabat reliquū reſtituere, an teneret actionibus hr̄ditarijs, & an habebit quartā: & ui debat ꝙ ſic: ꝗa cū debeatur ſub noīe quotę & de ipſa hr̄ditate, nō uidebat de aliis danda: cōtrariū decidit ī utroq;: rō ē, quia ſatis ē ꝙ hēat iudicio teſtōris. l. in quartā. ff. ad l. fal. habet iñ tūc liberā: qđ fecus eſt, ſi relinquit quota. No. ſumma. Itē ꝙ qñ hæredi aſsignant una uel plures res, habetur loco legatarij, & omnia onera remanent apud fideicōmiſſariū. Item ꝙ liberum eſt fideicōmiſſario fideicōmiſſum futurum inutile repudiare.

c ¶ Quartā. uel ēt minus quarta: ſed ñ agit ad ſupplementū, uel retinebit, ut ff. eo l. j. §. ſi hæres præcepto. in fi.

SYL. ¶ Adde, ꝙ in eo ſupplemēto, quia hꝫ ſub nomine quotę, ſubibit onera, vt dicūt gl. & doc. ā. d. §. ſi hr̄s. Et dic ēt, ꝙ

remanet [a] apud hęredem, ſine ullo onere hæreditario apud eū remanet, quaſi ex legato ei acquiſita. Altero uero caſu.i.cum quarta parte retēta rogatus eſt hęres reſtituere hæreditatē, & reſtituit, ſcindunt actiones: [b] & pro dodrante quidē transferunt ad fideicōmiſſariū, pro quadrāte remanēt apud hæredē. Quinetiā lz una re aliqua deducta aut p̄cepta reſtituere aliqs hæreditatē rogatus ſit, in qua maxima pars hæreditatis cōtineatur, æque inſolidū transferuntur actiones: & ſecū deliberare debet is, cui reſtituit hæreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadē ſ. interueniunt, & ſi duabus pluribuſve deductis p̄ceptiſve rebus reſtituere hæreditatē rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma deducta pręceptave, quæ quartā, uel ēt maximā ptē hęreditatis cōtinet, rogatus ſit aliqs hæreditatē reſtituere idē iuris eſt. Quæ aūt diximus de eo, qui ex aſſe iſtitutus [c] ē, eadē trāsferimus & ad eū, qui ex pte hæres ſcriptus ē.

¶ Hæres ab inteſtato & fideicommiſſarius grauari poſſunt de reſtituendo. h. d.

¶ Præterea inteſtatus quoq; moriturus pōt rogare [d] eū, ad quē bona ſua uel legitimo iure, uel honorario pertinere intelligit, ut hæreditatē ſuā totā, partēve eius, aut rem aliquā (ueluti fundum, hominē, pecuniam) alicui reſtituat: [e] cum alioquī legata niſi ex teſtō non ualeant. [f] Eum quoque, cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare, ut id rurſum alii aut totum, aut partē, uel etiam

ſi exactis adierit, reſtituit ēt rē, ſibi a teſtōre relictam.l. ita tamen.§. ſi p̄cept.ff.eo.]

a ¶ Remanet apud hæredem. facit C. de hær.inſti.quoties.

b ¶ Actiones.ſ. creditorū, non legatorū: qd dic ut.ſ̄. eo. §.ſʒ qa. ī fi.

c ¶ Inſtitutus. Vt reſtituat retenta certa re.

SYL. ¶ Præterea. Caſus. Quærebāt, nūqd ueniētes ab īteſtato grauari poſſent & uidebat̄ q̄ nō, quia habent a.l. nō a teſtōre, & quē non honoro, nec onero.l.ab eo C. de fideic. Contrarium decidit: quia ſatis dr̄ ſaltē tacite honorare, ex quo poterat alios īſtituere, & ipſos excludere.l. conficiunt de iu. cod. & quia cū grauet, in cōſequētiā vr̄ honorare & eis relinquere. No q̄ non ſolū ex teſtō, ſed ab inteſtato hæredes grauarī fideicommiſſo poſſunt. Item q̄ legata de iure antiquo ab inteſtato relicta non ualebant. Itē q̄ fideicom.& legatarius grauari poſſunt.]

d ¶ Rogare.i.codicillis.

e ¶ Reſtituat, ideo pōt ab his fideicōmiſſum relinquere, q̄m ſua ſponte relinquere legitimam hæreditatem uī non inſtituendo alium, ut ff. de iure cod.l. conficiuntur.§.j.

f ¶ Non ualeant. Sed quo iure hoc eſt uerum? antiquo non. ut ff.de le.j.l.j. Itē nouo nō ut C.cō. de le.l. ij. Dic ergo antiquo iure locū hēre quod hic dicitur. ¶ Adde, q̄ Bar.in.d.l.j. ſeq. hāc ſol. in.ij.col. ſed hic tex.uidetur obſtare, cū dicat, nō ualeant. deſignando tp̄s, quo loquit̄ niſi ſubaudias. ſ. iure antiquiori, prout gl. in uerbo, poſſit.tit.ſeq.in prin, uel ponat tp̄s pro tpe ut ſæpe. Hodie uero cōis reſolutio eſt, quòd ualeant relicta ab inteſtato, quia nō remanet hodie differentia inter fideicommiſſa & legata, niſi uoce, nomine, & uerborum conceptione, ut no.in.d.l.j. excepto legato libertatis.] SYL.

¶ Vel dic, q̄ d.l.de leg.j. ſecundum noua iura loquitur ſecūdum quæ æquiparata ſunt legata fideicommiſsis. ut.ſ̄. de leg.§.ſed non uſque.

aliquid aliud reſtituat.[a]

¶ Qui primo negauit fideicommiſſum eſſe relictum, poſtea conuictus non pōt dicere in minus ſolēni uoluntate fuiſſe relictū. h.d. ſcd̄m opi. Ioannis. Vel ſic: Quando teſtōr noluit ſolēniter diſponere, ſed in fide hæredis committere, hęres tenetur iurare non eſſe relictum, uel ſoluere. h.d. Aret. Et hanc opin. approbant doct. in. l. fi. C. eod. tit.

nium agnatorum, ex agnatis aũt mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad agnatorum ſucceſſionem patebat aditus? [a] Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius xij. tabul. eandem diſpõnẽ exequantes, noſtra conſtitutiõe [b] ſancimus omnes legitimas perſonas, id eſt per uirilem ſexum deſcendẽtes, ſiue maſculini generis, ſiue fœminini ſint, ſimili [c] modo ad iura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato uocari ſecundum ſui gradus prærogatiuam. nec ideo excludendas, quia conſanguinitatis [d] iura ſicut germanę nõ habent. ¶ Hoc ẽt addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus, [e] ut transferatur unus tãtummodo [f] gradus a iure cognationis in legitimam [g] ſucceſſionẽ: ut non ſolum fratris filius & filia (ſcđm quod iam definiuimus) ad ſucceſſionem patrui ſui uocentẽ, ſed ẽt germanæ [h] conſanguineæ uel ſororis uterinæ [i] filius & filia ſoli, & nõ deinceps [k] perſonæ, una cum his ad iura auunculi ſui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filiis, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli, ſimili modo ab utroque latere ſuccedant, tanquam [l] ſi oẽs ex maſculis deſcendentes legitimo iure ueniãt ſcilicet ubi frater & ſoror ſupſtites [m] nõ ſunt. His etenim perſonis præcedẽtibus, & ſucceſſionem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti: uidelicet hæreditate nõ in ſtirpes, ſed in capita [n] diuidenda.

Filij fratris ſuccedunt cum patruo, & in ſtirpes fit diuiſio

a ¶ Aditus. Certe nõ erat rõ iuſta uel ſufficiens, licet aliqua ſit, ut ſupra eod. §. cæterum. in fi.

b ¶ Conſtitutione. ut C. de legi. hæ. l. lege. xij. tab. Accur.

c ¶ Simili mõ. i. hincinde. Vel dic, i. ita fœminæ ut mares.

d ¶ Conſanguinitatis. i. licet nõ ſint ſorores, quæ germanę uocant, quaſi ex eodẽ germine natæ.

e ¶ Exiſtimauimus, vt C. de le. hę. l. leg. xij. ta. §. j. & §. in his.

f ¶ Tantum mõ. i. non ulterior proximior tñ ſic: ut ipſe ſorores uel fratres, uterini uel uterinæ, ut ſequit, ut C. de leg. hæ re. l. fi. §. ſed neque.

g ¶ In legitima ſ. ſucceſſionẽ. ſ. agnatorum.

h ¶ Germanæ. i. natæ ex ex eodẽ patre & matre cũ defuncto.

i ¶ Vterinę. i. natæ ex eadẽ mrẽ tñ.

k ¶ Deinceps. i. ulteriores ſiue in gradu remotiores.

l ¶ Tanquam.

ADDITIO. No. ex hoc text. ꝙ iſti improprie ſunt agnati: & ideo non cõprehenderentur in ſtatutis loquẽtibus de agnatis. Ang.

m ¶ Superſtites. Hoc corrigiẽ ꝑ auth. ceſſante. C. de leg. hær. quia cum his admittunẽ. Item & in alio, quod ſubijciẽ, hic. §. corrigiẽ: quia in ſtirpes fit diuiſio hodie: ſed poſt hos filios fratrum fit diuiſio in capita, ut in auth. de hære. ab inteſt. ueni. §. reliquũ colla. ix. & ĩ auth. ut fratrũ fi. j. §. j. coll. ix. Vel dic. quod dr̃ in authen. in ſtirpes diuidi uerũ eſt, qñ cũ alijs. ſ. patruus uocant nepotes: alias ĩ capita, ut hic. ¶ Dic ꝙ in hoc articulo uariæ fuerũt doc. ſñiæ, an ſ. qñ filij plurũ fratrum ſuccedũt patruo, ſuccedant in ſtirpes uel in capita. Io. Fab. h. d. cõem opi. eſſe, ꝙ inter filios fratrũ hr̃ditas ĩ ſtirpes diuidaẽ, inter cæteros ulteriores gradus ĩ capita. Bal. uero dicit ħ opi. cõem eſſe gl. hic. Tu uero tene opi. gl. quam defende ut ꝑ Prapo. Sen. in vij. caſu. q. vj. per totum: & ego alias diſputaui hanc concluſionem. s Y Lr

n ¶ In capita. ſ. tit. j. in fi. contra. Sol. ibi de deſcendentibus loquitur, hic de collateralibus.

¶ Si ergo uis ſcire, qñ in capita, & qñ s Y Lr

in ſtirpes hæreditas deferatꝰ, dic ꝙ qñ deſcendentes uocanꝰ ad hæreditatem aſcendentiũ, diuidiꝰ in ſtirpes.§.cum filius.ſ.tit.j. qñ uero aſcendentes ſoli uocanꝰ, ſeruatꝰ diſpõ.§.conſequens. in auth.de hęr. ab inteſt. ueni. qñ uero aſcendentes cũ tranſuerſalibus, diuiſio fit in capita.§.ſi uero.d.auth.niſi eſſent etiã pmortui fratris filij, qui uocantur ad partẽ patris, auth. ut fra. filij. qñ uero ſuccedũt plures collaterales ĩ diuerſis gradibus, fit diuiſio in ſtirpes: qñ uero ſunt eiuſdem gradus, eſt q.gl. præcedẽ.dic ut ibi.]

ſtituatꝰ, poſtea tñ reuera non diciꝰ tunc decedere inteſtatus, ſed deferꝰ hæreditas a morte.l.hæres qñq;. ff. de acquir. hæred.cuius contrarium dꝰ, quia tunc eſt inſpicienda proximitas, qñ hæreditas defertur. No.ſummariũ & text.]

¶ Lege xij. tab. gradus proximior uocatur: & ſi in eo gradu plures ſunt, oẽs admittuntur.h. d.

¶ Si plures [a] ſint gradus agnatorum, aperte lex.xij.tab.proximum uocat. Itaque ſi (uerbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. [b] Et quamuis ſingulari numero uſa lex.xij. tabul. proximũ uocet, tamen dubium non eſt, quin ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittanꝰ. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium eſt, quin licet unus ſit gradus agnatorum, ptineat ad eos hæreditas.

¶ Proximus inſpicitur tempore teſtamẽti deſtituti, quando teſtamentum factum eſt: alias autem tempore mortis teſtãtis. Aret.

¶ Proximus [c] autẽ (ſi quidẽ nullo teſtõ facto quiſquã deceſſerit) p hoc tẽps reqritur, quo mortuus eſt is, de cuius hæreditate quæriꝰ. [d] Quod ſi facto teſtõ quiſquam deceſſerit, p hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit nullum ex teſtõ hæredem exiturũ. Tũc enim [e] proprie quiſque inteſtatus deceſſiſſe intelligiꝰ. Quod quidẽ aliquando longo tempore [f] declaratur. In quo ſpatio temporis ſæpe accidit, ut proximiore mortuo proximus eſſe incipiat, q moriente teſtatore non erat proximus.

¶ Hodie locus ẽ ſucceſſorio edicto de pſona in perſonam, licet olim eſſet de ordine in ordinẽ. hoc dicit.

¶ Placebat [g] autem in eo genere [h] percipiendarum hæreditatum † ſucceſſionem [i]

a ¶ Si plures ſint. ſic ĩ auth. de hære.ab inteſt. ueni.§. ſi uero neque fratres.coll. ix. & ff. de ſuis & leg. hære. l.ij.§.hæreditas.

b ¶ Habeꝰ. hoc corrigitur, ut ſupra dixi per auth. ceſſante. Accur.

c ¶ Proximus.ſic ĩ ti. j.§.cum aſt.

d ¶ Quæriꝰ. ſic ĩ. eod.§. non tamen.

e ¶ Tunc.r. .ſ. cum non aditur hæreditas ex teſtamento.

f ¶ Longo tpe. i. poſt mortem.

¶ Placebat. SYL. Caſus. Solũ literaliter figuratur ĩ.§. corrigente, pſertim qa habet rationes correctionis, ibi, cum ſatis abſurdum. No. ſummarium & bene attẽdantur uerba text. quia ſunt ſatis obſcura.]

g ¶ Placebat. Scilicet ex lege duodecim tabularum.

h ¶ In eo genere.ſ.iure ſucceſsionis.

i ¶ Succeſſionem non eſſe.i.ſucceſſorium edictum inter agnatos locum non habet. ſ. de perſona in perſonam, ſed inter cognatos ſic ut infra ſequitur, ut ff.de ſucceſſ. edi. l. j. §. Succeſſorium edictũ.

SYL. ¶ Proximus autẽ. Caſus. In.§.regulã tradente non eſſet figurãdus: tñ rõ dubitãdi poterat eſſe ex eo, qa uidebatꝰ ſp inſpiciendum tẽps mortis illa rõne, qa quãuis teſtm̃ deſtituatꝰ,

[illegible]

quibus. ſed de ordine in ordinem ſeu de capite in caput ſic: ut de liberis in agnatos, & de agnatis in cognatos, & poſt in uirum & uxorem, ut ſequit, ut ff. ſi ta bu. teſt. nul. extab. l. j. j. reſpon.

† alias ſucceſſioni locum.

ADDITIO. Et erat ratio diuerſitatis: quia pater multum cōferebat filio per emancipationem ſe expoliādo priuilegijs patriæ poteſtatis: ideo in recōpenſationem admittebatur ad eius hæreditatē. Angel.

SYL. † No. ꝑ euidentia, e capi ſi nec ordo ē gene ralius, & ſert ētior ūn fili rū, unde agnati, unde cognati, & uir. & ux. quodq; dictorū cōtinet ſub ſe plures gradus: ut ia in Vñ lib. unt pri mo filij ſecūdo ne potes, tertio pro nepotes, & deinceps: & eodem modo ī quolibet capite. ſibus ē agnatus patri.

¶ An autem iſte. §. hēat locū in ſuis, eſt pulchra diſputat. quā late attingit poſt alios Lu do. Goza. in repet. l. g ſe ptis. C. unde libr. i. xxiiij. col. & ſeq.]

a ¶ Nihilo magis. i. non ideo magis.

b ¶ Sed nos. loquit Iuſti.

c ¶ Protuli mus. ſcilicet in græco.

d ¶ Cum ſatis. ratio prima.

e ¶ Apertū eſt. ſ. ſucceſſoriū edictū de perſona ī perſonam.

f ¶ Maxime ratio ſcda.

g ¶ Gradu. agnatorum.

h ¶ Ad legitimā. Eſt. n. filius agnatus pr̄i proximus, ut ff. de ſuis & legi. l. filius. Sed ius non tollitur per capitis diminutionem ſicut neque inter fratres, ut hic, & C. de legit. tut. l. iiij. Acc.

SYL. ¶ Adde, quod doct. ex hoc tex. inferſit patrem ut agnatum ſuccedere filio emancipato: quod eſt falſum, ut late probat & interpretatur hunc tex. Præpo. Sen. in. viij. caſu. q. ix.]

l ¶ Parens. ſic contra ut ſupra titu. j. §. emancipati.

non eſſe. i. ut quāuis proximus, qui ſcd'm ea q̄ diximus uocat ad hr̄ditatē, aut ſpreuerit hr̄ditatem, aut antequam adeat deceſſerit, nihilomagis a legitimo iure ſequētes admittant. Quod iterum Prætores imꝑfecto iure corrigentes, non in totū ſine adminiculo relinquebant, ſed ex cognatorum ordine eos uocabant, utpote agnationis iure eis recluſo. Sed nos b nihil ꝑfectiſsimo iuri deeſſe cupientes, noſtra cōſtitutione, quā de iure patronatus humanitate ſuggerēte protulimus, c ſancimus ſucceſsionem in agnatorum hæreditatibus non eſſe eis denegādam: cum ſatis d abſurdum erat, quod cognatis a Prætore apertū e ē, hoc agnatis eſſe recluſum, maxime f cū in † onere quidem tutelarum & primo gradu g deficiente ſequens † ſuccedit: & quod in onere obtinebat, nō † erat i lucro ꝑmiſſum.

¶ Hodie parens præſumitur cōtracta fiducia emancipare ſemper: & ideo uocat ad ſucceſsionem, licet olim ſecus eſſet. hoc dicit.

¶ Ad legitimam h ſucceſsionem nihilominus uocatur ēt parens, i qui contracta fiducia filium uel filiam, nepotē uel neptem, ac deinceps emācipat: quod ex noſtra conſtitutione k omnino inducitur, ut emancipationes liberorū ſemper uideantur quaſi contracta l fiducia fieri: cū apud

k ¶ Conſtitutione, ut C. de eman. lib. l. fi.

† alias onus.

l ¶ Contracta fiducia. ſic dicendo, ius ſuccedēdi in bonis tuis mihi reſeruo. uel ēt ſic, En ācipo te contracta fiducia.

† alias ſuccedat.

† alias eſſet.

SYL.

* ¶ Declara ut dixi ſupra ti. de le. par. tu. & ti. ſequen. tam in Commē. q̄ in Annot. nam fiducia uocat is contractus, quē uulgo pactū de retronendendo dicimus. itaque quoties pater emancipatione, quę olim ꝑ imaginarias uēditiones fiebat, de qbus dixi late in Annot. cum emptore illo imaginario paciſcebatur de remancipando ſibi filio, ut ſcilicet ipſe non autem emptor illum manumitteret, contracta fiducia emancipate dicebatur: quo caſu pater naturalis, qui filium ita in ſeruilem cauſam deductū recipiebat, receptumque manumittebat, loco patroni habebatur: eademque iura in eius bonis acquirebat, quæ a l. duodecim tabul. tribuuntur patrono in

Ius quibus succedendi inter fratres, non inter parentes, et liberos quia agnatos, quod capitis diminutionem nō tollitur: Agnati tamen ... ita ut quamuis retineant ius agnationis, ... nihilominus admittat.

bonis liberti. Hinc ſucceſsio filiorum ſic emancipatorum hoc loco uocatur legitima, quia ex lege duodecim tabularum deferri intelligitur exẽplo ſucceſsionis libertorum infra de ſucceſſ. lib. in princ.

ueteres non aliter [a] hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manu miſiſſet. [b]

¶ De ſenatuſconſulto † Tertulliano.

¶ Lege duodecim tabularum mater non ſuccedebat filio ab inteſtato, nec econtra filius matri: ſed ex conſtitutione ſenatuſconſulti Tertulliani ſi ĩgenua tres, libertina quatuor liberos enixa fuerat, illis ab inteſtato ſuccedebat. Aret.

LEX duodecim tabularum ita ſtricto iure utebatur, & præponebat [c] maſculorum [d] progeniem: & eos, qui per fœminini ſexus neceſsitudinem [e]

LEX duodecim. ¶ Totus iſte titulus diuidit in quinque partes. Primo, quòd ex lege duodecim tab. mater ad hæreditatem filij & econtra non admittebat. Secũdo, qualiter admittebatur ex Senatuſconſulto Tertulliano. Tertio, quæ perſonæ præponebantur tunc matri. Quarto conſtitutionem Tertulliani remouet. Quinto remouet alias conſtitutiones. Secunda ibi (Et primus.) Tertia ibi (Præferuntur.) Quarta ibi (Sed nos.) Quinta ibi (Sed cum autea.) — Diuiſio

ſicut & ipſa tutela ſupra de leg. par. tut.

a ¶ Nõ aliter. † qđ non erat rectum, ut ff. de reg. iur. l. ſecundum naturam. & ſupra de leg. patr. tut. ꝑ in fin. & infra de emptio. & uendi. §. cum autẽ. circa medi. nam qui ſentit incõmodum, ſentire debet commodum, ut dicunt iura ſuperius allegata: & econuerſo, non eſt enim ferendus qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat C. de cadu. tollend. lege unica. §. pro ſecũdo. in fine.

† Iſta gl. non eſt Accur. ſed additio parũ ad hunc tex. pertinens.

† alias Tertylliano.

b ¶ Manumiſiſſet. id eſt emãcipaſſet. ſic ff. quando actio de pecu. eſt ann. l. j. §. alienatio.

SYL. ¶ Dic ꝙ ſtat proprie, quia de iure antiquo manumittebatur, quando fiebat per imaginariam uenditionem, ut alias ſuo loco declaraui.]

¶ De ſenatuſconſulto Tertulliano.

Continuatio. ¶ Poſt agnatos, de quibus ſupra, ſuccedunt cognati: ideo ſequebatur uidere de cognatis: uerum licet mater & filius ſint cognati, tamen ex ſpeciali prouiſione ſibi adinuicem ut agnati ſuccedunt, ut infra de ſucceſſ. cogna. in prin. ideo poſt alios agnatos ante cognatos ponit de ſucceſsione matris ad filium, & econtra. Aret. Differentia huius tituli & ſequentis notari poteſt in his uerſibus: Matri dat meſtæ geniti bona Tertulianum. Fili maternas tibi res dabit Orficianum. — Verſus

SYL. ¶ Catus. Non figuratur aliter, quia hoc princip. refert iuris antiqui diſpoſitionem, quod hodie tanquam correctum non eſt in conſideratione. Nota ſummarium. Item quòd ſtrictum ius eſt, quod ſpreta æquitate & humanitate rigorem imitatur. Item ꝙ ubi rigor & æquitas ſcripta ſunt, præfertur æquitas. Item quod ius quibuſdam matribus a Claudio tributum non trahebatur ad omnes.]

c ¶ Præponebat. improprie: (j) nam cognatos nullo modo uocabat, ut ſequitur.

ADDITIO. (j) Nam proprie non dicitur præpoui illi, qui non ſequitur: quamuis proprie proximus dicatur, quem nemo ſequitur, ut ff. unde cogna. lege prima. §. proximus. Angelus.

d ¶ Maſculorum progeniem. i. agnatos, ut ſ. tit. j. in princ.

e ¶ Neceſsitudinem. i. cognationem: nam dicuntur cognati neceſſarij, ut ff. de iuſti. & iur. l. ſi.

ſibi iunguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrē & filium [a] filiamve ultro citroque hære ditatis capiendæ ius † daret niſi ꝙ Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione unde cognati accommodata, uocabant, Sed hæ iuris anguſtiæ [b] poſtea [c] emendatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudius matri ad ſolatium liberorum amiſſorum, [d] legitimam eorum [e] detulit hæreditatem. Poſtea autem ſenatuſconſulto Tertulliano, quod diui Adriani temporibus factum eſt pleniſſime de triſti ſucceſſione matri, non ēt auiæ, [f] deferenda cautū eſt: ut mater ingenua trium liberorum ius habens, [g] libertina quatuor, ad bona filiorum [h] filiarumve admittatur † inteſtato mortuorum, licet in poteſtate parentis [i] ſit: ut ſcilicet cum alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu [k] eius adeat hæreditatem, cuius iuri ſubiecta eſt.

¶ Filii defuncti excludūt matrem uſq;

SYL. * ¶ Quid proprie ſignificet neceſsitudo, & qualiter in iure accipiatur, explicauimus. ſ. de ſuſpec. tut. in Anno. poſt Aul Gel. lib. xiij. c. iij.]

a ¶ Matrem & filium. qui adinuicem ſunt cognatr, ut īfra de ſucceſſ. cog. §. uulgo.

Ius cō̃. quē dr̄ iniquū̃. — b ¶ Iuris anguſtiæ. Not. ius dici anguſtioſum: alias iniquū dr̄, ut infra de ſuc. l. b. in prin. & ff. qđ quiſq; iur. l. iij. in princ.

† alias caret.

c ¶ Poſtea. ſ. poſt legem xij. tabul. & per diuum Claudium, & per ſenatuſconſ Tertul. ut ſequitur.

d ¶ Amiſſorum. ſ. ī acie principis, ut arg. ſupra de excuſ. tut. in prin. uel dic ꝙ generaliter ſtatuit, ut C. de inoffi. teſtam. liberi. prima uerior eſt.

SYL. ¶ Et iſta eſt communis: ſi enim generaliter eſſet a Claudio prouiſum, fruſtratoria eſſet diſpoſitio Tertulliani.]

e ¶ Eorum. ſ. filiorum.

f ¶ Auiæ. Etiam hodie auia ſuccedit ſicut mater, ut in auth. de hære. ab inteſta. ueni. §. conſequens, colla. ix.

g ¶ Trium liberorum ius habens, id eſt tres habens filios, non autem in poteſtate, ut ſupra de adoptio. §. fœminæ. quos tres habere uidetur, etiam ſi tergeminos peperit, ſecundum Ioan. ut ff. de uerb. ſig. l. ter enixa.

* ADDITIO. De iure trium liberorum alij ex Iulio Paulo docuerunt, in his Aemy. Fer. & E. B. ſed quale eſſet Dion. libro. lv. docet his uerbis quæ nobis Fr. Hotoman. ſuper ea re conſultus reddidit ex pagin. ccclxxiij. Liuia ī numerum matrum, quæ tres liberos peperiſſent, relata eſt: quibus enim fortuna ſeu uirorum ſeu mulierum non permiſit toties parere harū quibuſdam lex primum quidem per ſenatū, nunc aūt per imperatorē in beneficij loco iura earū q̄ toties pepererunt, tribuit. ut neq; ipſæ ſterilitū pœnis ſubijciant, & præmia fœcūdiſſimarū, ꝑter pauca q̄dam conſequant q̄ non hoīes tm̄, ſ; ēt Dij īuenerūt, ut ſi q̄s moriēs aliqđ eis reliquerit, id illę accipiant.

† alias inteſtatorum.

h ¶ Filiorū. quod dic, ut ſ. de hære. q̄ ab inte. §. j. & ij. & §. emancipati. & §. item uetuſtas uerſi. diui.

i ¶ Parentis. ſ. mater. Et ita not. de iure Romanorum uxorem alicuius eſſe in poteſtate parentis, (j) non mariti niſi quo ad debitum carnis: aliud de iure Longobardorum, ut hic, & C. de cond. inſer. ſi uxor. & in Longobarda, qualiter mulieri alienare permiſſum ſit. l. j. Tenetur tamen operari uiro uxor, ut leg. ſicut. cum ibi notatis. ff. de operis liberto.

Vxor non eſt ī ptāte mariti.

ADDIT. (j) Et ideo non poteſt teſtari nec codicillari etiam cum conſenſu patris, ut per Ang. hic.

k ¶ Iuſſu. ſ. iure antiquo: cum qualibet hæreditas patri per filium quæreretur, ut ff. de acquiren. hæred. qui in aliena, Sed hodie in ſola profectitia

non in aduentitia ſcilicet exigitur iuſſus, ut C. de bon. quæ liber. l. fin. §. ſiue econtrario.

SYL. ¶ Et ſic hodie in eis ita iuſſus exigitur ſicut olim: concord. glo. in l. fin. §. j. C. de bon. quæ lib.]

& mater defuncti, præfertur auus matri & etiam patri, ut ff. eodem. æquiſſimum. §. primo. Et nota ꝙ hic regula fallit, Si uinco uincentem te, uinco &c. ut ff. de diuer. & tempor. præſcrip. l. de acceſſionib.

Si uinco uincentem te uinco te. q̃nq; fallit.

in infinitum. Idem in patre & fratre, qui etiam matrem excludunt. Soror autem defuncti una cum matre admittitur. Aretinus.

¶ Præferuntur aũt matri liberi [a] defuncti, [b] qui ſui ſunt, quiue ſuorũ [c] loco ſunt, ſiue primi gradus, [d] ſiue ulterioris. [e]

¶ Sed & filiæ [f] ſuæ mortuæ filius uel filia præponitur [g], ex conſtitutionibus, matri defunctæ, [h] id eſt auiæ ſuæ. Pater [i] uero utriuſque, [k] non ẽt auus & proauus, matri anteponitur: ſcilicet cũ inter eos ſolos [l] de hæreditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filii quam filiæ excludebat [m] matrem: ſoror autem conſanguinea pariter cum matre admittebatur. [n] Sed ſi fuerant frater & ſoror conſanguinei, & mater liberis [o] onerata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hæreditas ex æquis partibus fratribus & ſororibus.

¶ Hodie mater non attento numero filiorum admittitur ad hæreditatem filij. h. dicit.

¶ Sed nos̃ conſtitutione, quam in Co-

SYL. ¶ Præferuntur Caſum non figurabo niſi literaliter eadẽ rõne, q̃a ius antiquũ hodie correctũ refert. Nota quod continetur ĩ ſummario.]

a ¶ Liberi. etiam adoptiui: & ita demum ſi ipſi ſuccedere uelint, ut ff. eodem. l. ſecunda. §. liberi. & §. ita demum.

b ¶ Defuncti ſcilicet filij, de cuius hæreditate nũc agitur.

c ¶ Suorũ. quod dic ut ſupra de hæredit. quæ ab inteſt. §. primo & ſecundo. &. §. emancipati. &. §. item uetuſtas uerſi. diui.

d ¶ Primi gradus. ut filij.

e ¶ Vlterioris, ut nepotes & ſimiles.

f ¶ Sed & filiæ. q. d. non ſolum nepos ex filio maſculo excludit matrẽ defuncti, ſed & nepotes ex filia.

g ¶ Præponitur. i. præfertur.

h ¶ Defunctæ. ſ. filiæ.

i ¶ Pater. non adoptiuus. ut ff. eo. l. ij. §. ſed neque auus.

k ¶ Vtriuſq;. ſ. filij & filiæ, hoc eſt mariti huius mulieris uolentis ſuccedere filio ſuo mortuo.

l ¶ Inter eos ſolos. ſ. auum & matrem defuncti. Si autem ſit auus, & pater,

nã auus patri defuncti præfert, ut ff. e. l. æquiſſimum. §. j. & pr̃ matri: nõ aũt auus præfert matri quãdo ſoli ſunt. Sic fallit in auth. de æquali. do. §. his conſequens. col. vij. Item in auth. qui. mo. nat. eff. ſui. §. diſcretis. colũ. vj. Item. ff. qui por. in pign. habe. l. claudius. ſic ff. de iniuſt. rupt. teſtam. l. pen.

SYL. ¶ Dic ſecundum Chriſt. hic, ꝙ tunc militat dicta regula, quando ſunt termini pares, alias ſecus: declara ut per eum hic.]

m ¶ Excludebat. ſed male hodie, ut infra eod. §. ſed cum.

n ¶ Admittebatur. & bene, ut infra eo. §. ſed cum.

o ¶ Liberis. tribus uel quatuor, ut ſupra eo. in prin. uer. poſtea autem.

SYL. ¶ Sed nos conſtitutione. Caſum non figurabo, quia ius antiquum rationem dubitandi faciebat: ius autem nouum fundatum eſt in ratione poſita in text. ibi, reſpicientes ad naturam. Nota matrem hodie liberis ſuccedere non habita diſtinctione numeri filiorum. Item nota. rationem, quia mulieres multa onera & pericula propter filios tole-

rant. Item ꝙ non debet imputari alicui quod a fortuna procedit.]

a ¶ In Codice. non in eo quem habemus, ſed in primo. C. remanſit, quæ eſt C. de iure delibe. l. ij.

i ¶ Viſum eſt. ut C. eo. l. fi.

k ¶ Omnibus perſonis. ſi patri defuncti, niſi in uſufructu & toto, quando habebat defunctum in poteſtate, alias in beſſem tantum, ſed & in hoc caſu hodie ēt in totum hēt, ut C. eo. l. fi. & de legi. hære. l. de emācipatis. Iure uero authen. aſcendentibus defert æqualiter paternis & maternis, ut in authē. de hære. ueni. ab inteſt. §. ſi igit̄ defunctus deſcendentes. colla. ix.

ADDIT. Dic ꝙ hodie filio defuncto relicta matre & ſorore uel fratre aliter ſucceditur, authen. defuncto. C. eodē. Ang.

b ¶ Fortuitum. ſ. habere uel nō habere tot filios, cum ex diuina gratia hoc deſcendat.

c ¶ Peccauit. nā ſi peccatū eſt, magis fuiſſet mariti, ut C. de le. hær. l. lege. xij. tab. in fi. j. rñ.

d ¶ Eum. ſ. cui ſuccedere uult.

e ¶ Intercepti. alias interempti.

SYL. ¶ Sed cū antea. Caſus. Non figurat̄ niſi literaliter, qa recitat̄ cōſtō imperatoria, q̄ tanq̄ carens ꝓbabili rōne eſt hodie correcta. Nota. ſumma.]

f ¶ Conſtōnes. quas nō habemus, ſecundū Ioā

g ¶ Perſonis. patruo. & filio & nepoti patrui, ut C. eo. l. fi. in fi. j. rñ.

h ¶ Cōtrariū faciebāt. id eſt nil dabānt niſi p̄dictis.

dice [a] noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendum eſſe exiſtimauimus, reſpicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & mortem ſæpe ex hoc caſu matribus illatam. Ideoque impium eſſe credidimus, caſum fortuitum [b] in eius admitti detrimentum. Si enim igenua ter, uel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur ſucceſſione ſuorum liberorum. Quid. n. peccauit, [c] ſi nō plures ſed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus ſiue ingenuis, ſiue libertinis, & ſi nō ter enixæ fuerint uel quater, ſed eum [d] tātum uel eā, qui quæ ve morte † intercepti [e] ſunt, ut ſic uocentur in liberorum ſuorū legitimam ſucceſſionem.

¶ Mater p̄fert̄ omnibus aliis agnatis, exceptis fratribus & ſororibus: & cum ſororibus ſolum uenit ad dimidiam, & cum ſororibus & fratribus pro uirili. Aretinus.

¶ Sed cum antea cō ſtitutiones [f] iura legitimæ ſucceſſionis p̄ſcrutātes partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant, † & non inſolidum eam uocabant, ſed in quibuſdam caſibus tertiam ei partem abſtrahentes, † certis legitimis dabant perſonis, [g] in aliis autem contrarium faciebant: [h] nobis uiſum [i] eſt recta & ſimplici uia matrem omnibus perſonis [k] legitimis anteponi, & ſine ulla diminutione [l] filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere, excepta fratris & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habētes: ut quemadmodum [m] eam [n] toti alii ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue non, ad capiendas hæreditates

l ¶ Diminutione. quæ fiebat per agnatos ſupradictos in principio. iſtius. §.

m ¶ Quemadmodum, q. d. qui in uno honoratur, in alio grauetur. ſic ff. de iureiu. eum qui. in princ.

n ¶ Eam. ſ. matrem.

† alias interēpti.

† alias nec iſolidum.

† alias ceteris.

Cōmodū ſentiēs ſentiat onus.

a ¶ Simul.ſ.cum matre.
b ¶ Sorores hoc caſu eſt hodie idem quod in ſequenti.§.ut in auth. de nup. §.pe.&.§.& quoniam. colla. iiij.
c ¶ Legitima.q̃a ſunt ſorores ex utroque parēte.
d ¶ Cognationis. quia ſunt tantum ex matre ſorores.

g ¶ Sciturís eis.ſ.matribus negligentibus: alias non perdunt, ut C. qui petãt tut.l.cum a matribus. & maioribus: alias ſimiliter non perdunt, ut C. ſi adver.delic.l.ij.Accur.

ſimul [a] uocemus: ita tamen, ut ſi quidem ſolæ ſorores [b] agnatæ uel cognatæ, & mater defuncti uel defunctæ ſuperſint, dimidiam quidē mater, alteram uero dimidiam partem oēs ſorores habeant: ſi uero matre ſuperſtite & fratre uel fratribus ſolis, uel etiam cum ſororibus, ſiue legitima, [c] ſiue ſola cognationis [d] iura habentibus, inteſtatus quis uel ĩteſtata moriatur, in capita diſtribuatur eius hæreditas.

¶ Mater ab hæreditate filii repellitur, niſi infra annum tutorem eidem poſtulauerit, uel ſuſpectū remoueri petierit.

¶ Sed quemadmodum [e] nos matribus proſpeximus, ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere: [f] ſciturís [g] eis, ꝙ ſi tutores liberis non petierint, uel in locum remoti uel excuſati intra annū petere neglexerint, ab eorum impuberum [h] morientiū ſucceſſione merito repellentur.

¶ Filio non tantum legitimo, ſed etiam uulgo quæſito mater ſuccedit.Ang.

¶ Licet autem uulgo quæſitus [i] ſit filius filiave, poteſt

SYL. ¶ Sed quēadmodum. Caſus. Ita ſi gurari pōt, licet ĩ.§.tradente notiſſimam regulã non eſſet figurandus: ꝙ uidebatur matrem nō teneri ad petendū, quia hoc iudicis officium eſt ĩ.de atti.tu. in princ. tñ contrarium dr̃ rōne expreſſa ĩ tex. in prin. No. matrem teneri petere tutorē filio: aliter perderet legitimã ſucceſſionem. Item ꝙ mater ẽt uulgo quæſitis ſuccedit. Item no.ex hoc text. iuncta.l.ij.§.ſi mater.ij.ff eo.ꝙ appellatione filiorum ueniunt nepotes, ſicut appellatione ſobolis & liberorum: nam ibi loquitur in filijs, & tamen ueniunt nepotes.]

SYL. ¶ Dic, ꝙ ad hoc ut perdat, requirit̃ ꝙ ſit maior xxv. ann. ꝙ moriatur filius ĩpubes: ꝙ eſſet utile pupillo tutorem habere: ꝙ mater nō fuerit diligens: ꝙ nulla cã excuſari poſsit ſecundū Chriſtoph.hic. & pro declaratione uidenda eſſent q̃ ponit Dec. ĩ c.ex parte. ĩ iiij.col.đ appel. * & Pariſ conſi.86. nu.21.uol.j. q̃ refert caſus, in q̃bus non amittit̃ ſucceſsio ob non petitionē tutoris.]

e ¶ Proſpeximus.in ſucceſsione.
f ¶ Cōſulere.ſ.in tutore petēdo. Acc. ADDI. Et dic petendo.ſ. infra annū ut hic. Et illam opinionem dicit Ang. eſſe cōem, & eam tenet tanquã magis æquam per l.ſciant.C.de legi.hær.quãuis Bar ibi & doct.uelint, ꝙ teneat̃ petere ſtatim cum poteſt, niſi fuerit impedita legitima cauſa, ita ꝙ annum nō tranſcendat.

h ¶ Impuberum.aliud ſi puberes moriantur,ut C.eo.matres.
i ¶ Licet. Vulgo quæſitus. niſi ſhæc mater ſit illuſtris. Sic ecōtra talis filius illuſtri matri non ſuccedit,ut C.ad orfi.ſi qua illuſtris.
ADDI. Idem ſi eſſet natus ex damnato coitu: ſecus ſi ex concubina ẽt illuſtri,ut per Aug. hic.
* ADDITIO. Vulgo autem quæſiti dicuntur, qui incertum patrem habent, utpote qui meretricio. & uago concubitu geniti ſunt,ut patet ex.§.fi. ſupra de nupt.

¶ De ſenatuſconſulto Orficiano.

¶ Continuatio fit per glo.j.& ſatis patet in tex.in prin.] Continuatio.

tamen ad bona eius mater ex Tertulliano ſenatuſconſulto admitti.

¶ De ſenatuſconſulto Orficiano.

¶ Filij etiam in poteſtate parentū ſuccedunt matri ex ſenatuſconſulto Orficiano: quod ex conſtitutionibus extenſum eſt ad nepotes. hoc dicit.

PEr[a] contrariū autem liberi[b] ad bona matrū[c] inteſtatarū admittunt̃ ex ſenatuſconſulto Orficiano, quod Orficio & Rufo Conſulibus factum eſt, diui Marci temporibus: & data eſt tā filio, quàm filię legitima[d] hæreditas ēt ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & [e] præferūtur conſanguineis[f] & agnatis defunctæ matris. Sed cum ex hoc ſenatuſconſulto nepotes & neptes ad auiæ ſucceſſionem legitimo iure non uocarentur, poſtea hoc conſtitutionibus[g] principalibus emenditum eſt, ut ad ſimilitudinem filiorum filiarumque nepotes[h] nepteſque uocentur.

¶ Succeſſio ex Ter-

Diuiſio

PEr contrarium. ¶ Totus iſte titulus diuidit in quatuor partes. Primo ponit, qualiter filij ad hæreditatem matris, & nepotes ad hæreditatē auiæ admittuntur. Secundo, nunquid capitis diminutiōe tale ius ſuccedendi tollat̃. Tertio, qui ſunt illi filij, qui ad hęreditatem matris admittuntur. Quarto ſubnectit nouū caſum ad materiam ab inteſtato. Secunda ibi (Sciēdum.) Tertia ibi (Noniſſime.) Quarta ibi (Si ex pluribus.)

SYL. ¶ Per contrarium. Caſus poſitio non cadit. declarat enim, qualiter filij matri ſuccedunt p Orficianū. No. filios uocari ex ſenatuſconſulto Orfic. ad ſucceſſionem matrum inteſtatarum. Item quòd ex tali ſenatuſconſulto non uocabantur nepotes, ſed fuit extenſum ad nepotes per conſtitutiones. Item quòd appellatione filij in materia legali non ueniſſet nepotes: nam aliter non fuiſſet neceſſaria talis extenſio. Item ꝙ liberorum appellatio ſtricte aliquando pro filijs accipitur.

a ¶ Per contrarium id eſt econtrario. nam ſupra titulo primo. tractatum eſt, qualiter mater filio ſuccedit: nunc dicit econtra. Vnde uerſus: Matri ſuccedes o nate per Orficianum, Inuidiam portans econtra Tertulianum. Accurſius.

ADDIT. An autem in correlatiuis ſeruetur æqualitas, uide Bartol. in lege ſecunda. C. de cupreſ. ex lu. libr. xj. Angelus.

b ¶ Liberi. ſtricte ponitur pro filijs tātum, ut infra eodē. §. primo alias cōtra, ut ff. de uerb. ſignifi. lege liberorum.

c ¶ Matrū. ingenuarum uel libertarum, ut ff. e. l. j. j. reſpon. immo & ancillarū, dummodo ſit ſibi facta mora in fideicommiſſaria libertate, ut C. eodem. l. fina.

d ¶ Legitima. nō quia lege. xij. tab. daretur, immo denegabatur, ut ſupra titu. j. in princip. ſed ſenatuſconſultum dat, quod uicem legis obtinet, ut infra de exception. §. hæc exempli cauſa.

e ¶ Et præferuntur. ſ. filij.

f ¶ Conſanguineis. i. cognatis. Accurſius.

¶ Adde tamen, quòd in lege prima. C. eod. exponitur pro fratribus: quæ expoſitio communiter tenetur: ſed circa expoſitionem huius gloſ. uide aliquid per Ludo. Goza. in repet. legis qui ſe patris. C. unde lib. colum. xxvj. circa medium.] SYL.

g ¶ Conſtitutionibus. quas non habemus.

h ¶ Nepotes. idem in alijs deſcendentibus ex hac linea dicam. Sed quid ſi nepos iſte fuit conceptus poſt mortem auiæ? Reſpon. ut ſupra de hære. quæ ab

inteſta.§.cum autem.diximus.

SYL. ¶ Sciendum autem. Caſus. Quæreba tur, an minima capitis diminutione hæreditates perderentur: & uidetur dicendum quòd ſic, quia ſicut delatæ per l. xij. tabul. perduntur, ita & hæ per di uidebantur, quæ ad illarum ſimilitudinem datæ ſunt, & pariter legitimæ dicuntur, contrarium tamen dicit ex eo, quia l.xij. tabul. fundata eſt ſup agnatione, & ſecundũ eam tribuit ſucceſsionem, unde ea extincta merito perditur ſucceſsio: ſed nouæ hæreditates legitimæ deferuntur attenta cognatione, quæ capitis diminutione non perimitur: & ideo non perditur ſucceſsio ex ea data. Nota. ſummarium.]

tulliano uel Orficiano non tollitur capitis diminutione.

¶ Sciendum autem eſt hmõi ſucceſſiones, quæ ex Tertulliano & Orficiano ſenatuſconſultis deferuntur, capitis diminutione [a] nõ perimi, propter illam regulam,[b] qua nouæ hæreditates legitimę capitis diminutione nõ pereunt, ſed illæ [c] ſolæ, quæ ex lege xij.tabul. [d] deferuntur. [e]

¶ Vulgo quæſiti matri ſuccedunt, h. d.

¶ Nouiſsime ſciendum eſt etiam illos liberos, qui uulgo [f] quæſiti ſunt, ad matris hæreditatem [g] ex hoc ſenatuſconſulto admitti.[h]

¶ Portio hæreditatis deficiens aliis accreſcit: quod ius ad hæredes tranſmittitur.h.d.

a ¶ Capitis diminutione. ſ. minima: nam per alias omne ius etiam cognationis tollitur, ut ſupra de cap.dimi. §. quod autem.

b ¶ Regulam. Tenor cuius eſt hic, & ff.de cap.dimi.tutelas. j.reſpon.

c ¶ Sed illæ ſolæ.ff.unde liberi.l.fi. in fine contra. Solu. hic dicit ſolæ, ut excludat eas tantum, quæ ex ſenatuſconſulto deferuntur, non prætorias ſucceſſiones, ut ibi nota.

d ¶ Ex l.xij.tabularum. ſic.ff. eodem. l.j.§.capitis.ſic.ff. de ſuis & legitimis l.capitis.

Hæreditas per capitis dimin. minimã ſeq; p., quæ nõ.

e ¶ Deferunt. Quare magis.l.xij.tab. data hæreditas perditur per capitis diminutionem minimam quam ſenatuſconſulto delata? Rñd. quia illa agnatis defert, quæ agnatio per capitis dimin. minimam tollitur: at ſenatuſconſultũ filio, qui matri eſt cognatus: & cognatio non tollitur per capitis diminutionem minimam, ut ſupra de leg.agn. tute.§.fi.

SYL. ¶ Nouiſsime. Caſus. Non figuratur in regula, quæ modicam habet rationẽ dubitandi: & ratio decidendi clariſſima eſt ex eo, quia ſem per mater ẽ certa: unde cum non ſit admiſſum aliud impedimẽtum illegitimitatis, certe põt ſuccedere mri, cui coniunguñ, nõ aliter q̃ legitimi & naturales. Nota. ſummariũ.]

f ¶ Vulgo quæſiti. quia non habent certũ patrem, ut. ſ. de nup. §.ſi aduerſus, multo magis in naturali, tantum, ut C.eo.l.pen.

g ¶ Hæreditatem. ſ. una cum legitimis, niſi erat mater illuſtris: tunc.n. cum legitimis ab inteſtato non ueniũt: ſecus in naturalibus ex licita conſuetudine procreatis, ut C. eodem lege penult.

h ¶ Admitti. Nunquid hodie ſuccedit uulgo quæſitus? uidetur quòd non, ut in authen. quib.mo.nat.effi.ſui.§.ultimo. Sed tamen diſtingue: aut eſt ex tali coitu, qui poſsit dãnari: ut ĩceſtus, adulterij, nefarij, & ſimili: quo caſu nõ ſuccedit, cum ob hoc ipſum dãnandus eſt, ut in d.authen. & ff ſolu. matr. ſi ab hoſtibus. (j) aut non: & tunc ſuccedit matri, ut hic: non patri, cum ſit incertus. nam & ſi habet certum patrem naturalem, non tamen ſuccedit ei niſi in duabus uncijs ab inteſtato non extantibus legitimis: alias in nihilum, ut in auth.quib.mod.natu.effic.ſui.§. diſcretis.colla.vij.

Filius uulgo q̃ſitus an ſuccedat & in re noue

ADDIT. (j) De æquitate tamen canonica a parentibus ſunt alendi. c.cum

haberet.de eo qui dux.in ma. quã pol. per adult.ex quo inferunt doc.ꝙ pater poteſt relinquere baſtardis pro dote & alimentis: ſed ultra in fraudem non re linquat, ſecundum Ang.

SYL. ¶ Si ex pluribus. Caſus. Ita figurari poteſt. Quæſitũ eſt, an portio unius hr̃dum uenientium ab inteſtato deficiens ex cauſis ĩ tex. allegatis accreſcat alteri: & in hoc, quia ẽ regula notiſsima modica eſt rõ dubitandi Nam iõ introductum eſt ius accreſcendi in hæreditatibus inteſtatorũ, ne contingat pro parte decedentem habere hæredẽ, pro parte uacantem hæreditatem eſſe: bene poterat dubitari, utrum tale ius ad hr̃des tranſmitteretẽ: & uidebatẽ ꝙ non: quia ſicut hæreditas nondũ quæſita non tranſmittiẽ, ita nec pars eius. cuius contrarium deciſum eſt ex eadẽ rõne, quia cũ accreſcat ipſo iure portioni, uideẽ eadẽ portio quæſita: quod patet, quia non requiriẽ noua aditio, ut dicitur in gl.]

¶ Si ex pluribus [a] legitimis hæredibus quidam omiſerint hæreditatem, uel morte, uel alia cã [b] impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis, qui adierint, [c] accreſcit [d] illorum portio: † & licet ante deceſſerint, [e] ad hæredes tamẽ eorum pertinet. [f]

† alias & l3 añ deceſſerint q̃ adieriẽ ad &c.

¶ † De ſucceſſione cognatorum.

¶ Poſt ſuos & agnatos uocantur cognati de iure prætorio: qua parte ueniunt emancipati agnati, niſi ſint frater & ſoror defuncti, q̃a ueniunt cum agnatis. Arc.

a ¶ Si ex pluribus. Iſte.§. eſt communis ad oẽs titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titulum: & de iure accreſcendi inter legitimos tantum tractat, ut hic, & ff.eo. l.j.§.ſi nemo.& C.de cad tol.§.his ita. idem etiam eſt in ijs, qui de iure prætorio ſuccedunt, ut ff.de bon.poſ.l. iij. in fi.& l.iiij.& v.

ADDIT. Not. ꝙ iſte.§. eſt lex.ff.de ſuis & legit.hæred.& incipit, ſi ex pluribus.

b ¶ Alia cã. ut ſi defecerit condõ, ſub qua inſtituti erant, ut ſupra quib.mo. teſta.infir.§.poſteriore.

c ¶ Adierint. Sic.ff.de leg ij: cum pater.§.libertis.ibi, cæterum prout.

d ¶ Accreſcit. Sed pro qua parte? Reſpon. prout erant inſtituti, ut C. de cadu.tollend.§.his ita. & ſupra de uulga. ſubſtitu.§.primo.(j) Item nunquid eſt neceſſe iterum adire? Reſpon.non, niſi quando ex alterius perſona, puta ſerui, fiat mihi augmentum, ut ff.de acq.hær. ſi ſolus.in fin.j.reſpon.& in fine l.

ADDIT. (j) Dic ꝙ in hæreditate pars deficiẽs accreſcit & inuitis. Fallit primo, ſi iure ſpeciali deficiat. Itẽ ſi ope exceptionis. Itẽ ſi iure diuerſo ſuccedat. Item in pluribus partibus prouenientibus ex pluribus hæreditatibus etiam ex eodem teſtamento, ſecundum Angel.

† alias vnde cognati.

e ¶ Ante deceſſerint. quam accreſceret eis. Vel dic, antequam illi repudiarent: uel antequam adirent illorum portionem: non autem antequam ſuã partem adirent: immo adierant, ut ſequitur: alias non tranſmitterent olim uel hodie, ut C. de caducis tollend. §.in nouiſsimo, niſi in perſonis liberorum, ut C.de iis qui ante aper. tabul. l.prima.

¶ Intellige ſuccedentium aſcendentibus, ut ibi.] SYL.

ADDITIO. Hoc uerum in hæreditate aſcendentium ex utraque linea, non in hæreditate tranſuerſalium uel extraneorum: quia non adita ad poſteritatem non tranſmittitur. Suus tranſmittit ad quoſcunque etiam extraneos. dic ut per Angelum.

f ¶ Pertinet.ſ. augmentum ſupra dictum uel portio illorum.

¶ De ſucceſsione cognatorum.

¶ Continuatur per iſtum textum in Contiprincipio ad præcedentia. Vel ſic & nuatio. clarius: Supra de ſucceſsione ſuorum & agnatorum dictum eſt: uerum quia poſt illos uocantur cognati, ideo ſequitur de ſucceſsione cognatorum. Porcus.

Diuiſio

Poſt ſuos. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primo, quando cognati admittantur, & quo iure. Secundo, qui ſunt cognati. Tertio, uſq; ad quorum gradum cognati & agnati admittunt. Secunda ibi (Qua parte.) Tertia ibi (Hoc loco.)

§ ¶ L. † alias quorū i numero.

¶ Caſus. Non figuratur: quia ꝓcedit tradendo regulam totam in materia ſucceſſionum: dubitandi tamen rō poterat eſſe duplex: altera, ꝙ agnationis ſucceſsio fundata eſt in nobilitate & dignitate familiæ. §. cæterum. ſ. de legi. agn. ſucc. cognatio autem ſuper iure naturali, & naturali coniunctione: iō uidebať præferenda. cuius contrarium factum eſt: quia antiquo iure eſt magis habitus ille reſpectus quàm naturæ, licet male, ut in l. maximum uitium. C. de lib. præte. Alia ratio poterat fundari ex text. in auth. de hære. ab inteſta. §. j. ubi fit æqparatio agnationis & cognationis. ſed hoc non poterat facere dubitationem in hoc text. quia non erat, cum ſit ius nouiſsimum, ſecundum quod corrigitur totus hic titulus. Ideo doct. ſicco pede pertranſeunt. Not. ordinem ſucceſsionum. Item ꝙ fratres, quamuis emancipati, connumerabantur etiā inter agnatos ex l. Anaſt. Item quòd capitis diminutio tollebat agnationem tanquam uinculum ciuile, & per conſequens hæreditatem & ſucceſsionem ex illo capite.]

POST ſuos [a] hēredes, eoſque quos inter ſuos hęredes Prętor [b] & conſtitutiones [c] uocant, & poſt legitimos († quó numero ſunt agnati, [d] & ij, [e] quos in locum agnatorū tam ſupradicta ſenatuſconſulta, [f] quam noſtra erexit cōſtitutio [g]) proximos [h] cognatos Prætor uocat: qua parte naturalis cognatio [i] ſpectatur. Nam agnati capite diminuti, quiq; [k] ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habētur, [l] ſed a Prætore tertio ordine [m] uocantur: exceptis [n] ſolis tantūmodo fratre & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos [o] lex Ana

a ¶ Suos. ut ſupra de hære. quæ ab inteſt. §. j.

b ¶ Prætor. ut ſupra de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati.

c ¶ Conſtitutiones. ut ſupra de hære. quæ ab inteſt. §. j. uer. necnon. & §. itē uetuſtas. uer. diui.

d ¶ Agnati. ut ſupra de leg. agn. ſucceſſ. in prin.

e ¶ Et ij. ſ. qui ſunt de numero legitimorum.

f ¶ Senatuſconſulta, ut ſ proxi. duobus tit.

g ¶ Cōſtō. ut. ſ. de leg. agn. ſucc. §. hoc etiam.

h ¶ Proximos. Scilicet quos nemo cognatus antecedit uel præcedit, ſiue unus ſit, ſiue plures: & inſpicitur quis proximior ſit eo tempore, quo bonorum poſſeſsio defertur, ut ff. eodem. l. prima. §. proximus. & §. gradatim.

i ¶ Cognatio. Nunquid ergo inter ſeruos datur hæc bonorum poſſeſsio? Reſpon. etiam ſi fiat poſtea liber, non datur, ut ff. eo. l. j. §. pertinet. & l. is qui. Sed nunquid adoptiuis, ſcilicet quia nō uidetur ibi naturalis cauſa? Reſpond. ſic: quia quibus agnaſcitur, & cognaſcitur, ut ff. eodem. l. j. §. cognationem. Accur.

ADDIT. Sed hoc non obtinet iure nouo. Vide ſupra de hæreditatibus quæ ab inteſtato. §. at ij. uerſi. poſt mortem. in fi. Io. Fab. & Ang.

k ¶ Quiq;. Breue debet eſſe illud, q̄.

l ¶ Non habentur. ut ſupra titul. j. §. ſciendum.

m ¶ Tertio ordine. Nam ſunt quatuor ordines ſuccedendi, ut ff. ſi tabulæ teſt. nulle ex l. j.

n ¶ Exceptis. Nam iſti inter legitimos numerantur.

o ¶ Quos. ſ. fratres emancipatos & ſorores.

a ¶ Lex Anaſtaſiana. Quam non habemus, ſed de ea habetur mentio. C. de legi. tu. l. iiij. & de leg. hæred. l. fi. §. j. Accurſius.

b ¶ Integri iuris. id eſt non emancipatis.

quia uinculum ciuile non pōt tollere naturale uinculum inter patrem naturalem & filium, quamuis tranſierit in alienam familiam per adoptionem: & ita intelligit glo. in uer. liberi. dum allegat. §. ad monendi. ſupra de hære di. quæ ab inteſt.

ſtaſiana a cum fratribus integri b iuris cō ſtitutis uocat quidē ad legitimam fratris hæreditatem, ſiue ſororis: nō ęquis tamē partibus, ſed cum aliqua diminutione, c quam facile eſt ex ipſius conſtōnis uerbis colligere. Alijs uero agnatis iferioris gradus, licet capitis diminutionē paſsi non ſunt, tamen anteponit eos, d & proculdubio cognatis. e

¶ Tranſuerſales per lineam fœmininam, & liberi i alterius familia adoptiua exiſtentes, uocantur ex iſto ordine. Are.

¶ Eos etiam, f qui per fœminini ſexus perſonas ex trāſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu g proximitatis nomine Prætor ad ſucceſsionem uocat.

¶ Liberi h quoque, qui in adoptiua familia ſunt, ad naturaliū parentum hæreditatem hoc eodem gradu i uocantur.

¶ Vulgo quęſitus nō habet agnationem, ſed cognationem: ideo ſuccedit matri & alijs ex ſua linea deſcendentibus iſto ordine. Ang.

¶ Vulgo quæſitos, nullos hēre agnatos manifeſtū ē: cū agnatio a pr̄e ſit, cognatio a matre: hi aūt nullū p̄trē habere intelliguntur. Eadem ratione nec iter ſe quidem poſſunt uideri conſanguinei eſſe: quia cōſanguinitatis ius ſpecies k eſt agnationis. tantum ergo cognati ſunt ſibi, l ſi-

c ¶ Diminutione. tertiæ partis forte.

d ¶ Eos. ſ. fratres emācipatos. Accurſius.

e ¶ Cognatis. ſ. antepo nit: & ſic uocantur cum fratribus, & agnatis & cognatis ulterioribus præferūtur.

¶ Eos etiā. Caſus. In prima parte text. non figuratur cū notiſsimum ſit ius cognationis in tranſuerſalibus eſſe: ſed in ſecunda parte dubiū faciebat, qa adoptionis uinculum ciuile eſt: unde non poterat acquirere ius cognationis, quod naturale eſt: ideo non uidebatur, quòd efficerentur cognati alicui etiam parenti, quia cognationem facit natura, non uoluntas. Contrarium tamen reſpondetur: hoc tamen ſecundum intellectum Angel. qui intelligit hunc text. ut efficiantur cognati etiam patri adoptanti: ſed ſecundum intellec. Chriſto. qui intelligit ut uocentur ſcilicet per Vide cognati ad ſucceſsionē patris naturalis, prædicta ratio non obſtat ſed conuenit

f ¶ Eos ēt. Non ſolum agnatos capite minutos ut ſupra &c.

g ¶ Tertio gradu. Scilicet cognationis.

h ¶ Liberi. ut ſupra de hæredi. quæ ab inteſtato §. admonendi.

ADDIT. Hoc hodie immutatum eſt, ut habetur. C. de adoptioni. l. penult. Angelus.

i ¶ Eodem gradu. Scilicet tertio, puta cognationis.

¶ Vulgo. Caſus. Non figurat, quia tex. aſsignat rationem decidendi, & dicit nullam eſſe rationem dubitandi, ibi, manifeſtum eſt. Nota. collige ut per Angelum.]

k ¶ Species eſt. Nam agnatio genus eſt, conſanguinitas eſt illa, quæ inter fratres tantum eſt, ut ff. de ſuis & legi. l. ij. j. reſpon. & ſupra de leg. agna. ſucceſſ. §. j. Agnatio & conſanguinitas differunt.

l ¶ Cognati ſunt ſibi, ſic. ff. eodem l. ſi ſpurius.

a ¶ Itaque omnibus. inter ſe & cũ matre,ut ff.unde cogn.hac parte.

SYL. ¶ Hoc loco. Caſus. Non figurat̃ in regula,cuius ratio eſt maior fauor debitus agnatiõi & familiæ,quàm cognationi ſcd̃m ius iſtud:rõ aũt exceptionis ſobrinorum eſt pp frequẽtia.Not.ſummariũ.]

b ¶ Hoc loco. Iſte.§. cõis eſt ad totũ iſtũ titulũ & illũ ſ.de le.agn.ſucc.ſic.s.titul.j.§. fi.

c ¶ Legitimis.ſ. agnatis.

d ¶ Proximitatis.i. cognationis.

e ¶ Prætor cautè tacet hic de iure ciuili. Nam cognati de iure ciui.non uocantur.

f ¶ Vſque ad ſextum.immo vr̃, ꝙ uſq; ad quintum tm̃ uocentur tam agnati ꝗ cognati,ut.ff.de ueter.mi.ſuc.l.ij.§.fi. Sed reſpon.illa etiam in caſtrenſibus loquitur,hæc in alijs.

SYL. ¶ Hæc ſolu. communiter teneẽ ſecundum Chriſt.hic.]

¶ Vel dic,ꝙ ibi ita erat de facto, ſcilicet quidam in quinto gradu : & ita factum narrat.

SYL. ¶ Ex uerbis huius gl.no. ꝙ nõ licet ſumere argumẽtum a uerbis enunciationis legis:quod ſæpe accidit:habetur in l.ex his.C.de teſta. mil.* de quo multa tradit Dec.conſi.xiij.col.iiij.]

g ¶ Ex ſeptimo.Subaudi,qui ſunt.

h ¶ Natæve. Sed nunquid ſunt alij in ſeptimo gradu? Reſpon.multi & alij eſſe poſſunt,ut colligitur infra tit.j.§.vj. Item & quare magis hi uocãtur, quàm alij in ſeptimo gradu? Reſpon. quia hi reſpiciunt inferius lineam tranſuerſalem,alij omnes ſuperius,ut arg.ff.unde lib.ſcripto. in fi.

SYL. ¶ Communis ratio differentiæ eſt frequentia,ut teſtatur Ang.hic.]

¶ Sed nunquid corrigitur hodie diſtinctio huius.§.per auth.de hæred.ab inteſta.§.ſi uero neque, uerſic.nullam uero. ubi nulla inter agnatos & cognatos differentia fit? P. dixit oẽs in infinitum ſuccedere, & ſic corrigit qđ hic dr̃. Nos oẽs uſque ad decimum gradum uocamus: non autem trahimus agnatos ad cognatos cum extendere ſucceſſionẽ debeamus, id eſt uelimus, ut infra de bono. poſſeſſio. §. adhuc.

¶ Hæc gl.communiter approbatur,ſecundum doct.hic.]

¶ Argumen. contra.C.de pactis con.l. lege.& in authen.de nupt.§. deinceps. collat. quarta. (j) Quod dictum eſt, patet in authent. in ſucceſsione.C. de ſuis & legit.

ADDITIO. (j) Solu. ibi maior trahitur ad minorem, quia conſtat partes in hoc tantum conueniſſe : & hoc ſatis conſtat de mente legis ſucceſsionẽ ampliare uolentis. Præterea cum textus hodie uocet cognatos & agnatos, conſtat eos cenſeri legitimos, & ut legitimos ſuccedere uſque ad decimum gradum, ut hic, argum.ſupra eodem in priu.Ang.

* ADDIT. Sobrino, Sobrinave, id eſt,eo eave,qui quæve ex fratribus,uel ſororibus patruelibus,conſobrinis,amitinis,natus eſt,natave.

¶ De gra[illegible] [illegible]natiorum.

Continuatio. ¶ Quoniam in ſuccedendo admittitur qui eſt proximior in gradu:ut comprehendatur quoto gradu quis ſit, ponitur iſte titulus.Ang.

---

cut & matri cognati ſunt. Itaque a oibus iſtis ex ea parte competit bonor.poſ. qua ꝓximitatis noie cognati uocantur.

¶ Agnati uſq; ad decimum gradu,cognati uſq; ad ſextum ſuccedunt, incluſo filio ſobrini & ſobrinæ. Ang. Are.

¶ Hoc loco b & illud neceſſario admonendi ſumus, agnationis quidem iure admitti aliquem ad hr̃ditatẽ, & ſi decimo gradu ſit:ſiue de lege xii. tabu.q̃ramus,ſiue de edicto,quo Prætor legitimis c hæredibus daturum ſe bon.poſ. pollicetur. Proximitatis d uero nomine iis ſolis Prætor e promittit bono. poſſeſſ. qui uſque ad f ſextum gradum cognationis ſunt,†& ex ſeptimo g a ſobrino ſobrinaq; nato natæve. h

Cognati & agnati pariter ſuccedũt hodie uſq; ad x. gradũ.

† alias SYL. & ex Septimo Sobrino ſobrinaq; nati natave.

Additio

¶ De gradibus cognationum.

¶ Omnis agnatio ē infra, aut ſupra, aut ex tranſuerſo: & ſuperior & inferior incipit a primo gradu: ex tranſuerſo uero incipit a ſecūdo gradu.

HOc loco neceſſarium [a] eſt exponere, quemadmodum gradus [b] cognationis numerentur. Quare in primis admonendi [c] ſumus, cognationem aliam ſupra numerari, aliam infra, aliam ex tranſuerſo, [d] quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum: inferior liberorum. ex tranſuerſo fratrum ſororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & conuenięter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio a primo gradu incipit: at ea, quæ ex tranſuerſo numeratur, a ſecundo. [e]

¶ Ponit perſonas primi gradus tam aſcendendo, quam deſcendendo.

¶ Primo gradu eſt ſupra pater, [f] ma—

HOc loco. ¶ Iſte titulus diuiditur in plures partes. Primo cōtinuat materiā. Secundo incipit dinumerare gradus. Tertio dat unam regulā generalē in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi (Quare in.) Tertia ibi (Hactenus.) Quarta ibi (agnatiōis.)

SYL. ¶ Neceſſarium eſt. Caſus. Non figurabitur ī hoc titulo: quia procedit per unam regulæ & declarando terminos. Not. triplicem lineam. Item ꝙ duæ primę a primo gradu, tertia uero trāſuerſalium incipit a ſecundo gradu q̄ gradus primus eſt reſpectu trāſuerſalium.

a ¶ Neceſſarium. Sed quid ad nos de his? Reſpon. propter hęreditates, quæ per gradus deferūtur, & tutelas, & propter teſtimonia non dicenda, ut ff. eo. l iuriſconſultus.

SYL. ¶ Adde, item propter m trimonia, ꝑ iudicium iniuriarum ex lege Cornelia lege lex Cornelia. ff. de iniur. quæ computatio quo ad matrimonia abrogata eſt: quo uero ad hæreditates & tutelas attenditur etiam in terris eccleſiæ & inter perſonas eccleſiaſticas, ſecundum cōem ſnīam in. l fi. C. de ſucceſ. edic]

b ¶ Gradus. Quid ſit, dic ut infra eod. §. hactenus.

c ¶ Admonendi. Sic ff. eo. l. j.

d ¶ Aliam ex tranſuerſo. Hæc ſupflua uidetur, ut ff. eodem ſtemmata. contra. Sol. ibi in directa linea tantum loquit̄, hic in indirecta.

e ¶ A ſecundo. Sed quare non a primo? Reſpō. cum ego patri meo ſim in uno gradu, & ipſe pater fratri meo in alio, ſumus ergo in duobus gradibus ego cū fratre facto aſcēſu ad patrem quaſi ꝑ quē dam gradū, ut ff. eo. l. iuriſconſultus §. gradus. (j) ſ3 nullus ex tranſuerſo proximior fratre inuenitur, ergo non poteſt inueniri primus gradus a latere, ut hic, & ff. eo. l. j. in princ.

Cognatio trāſuerſalis quare nō incī pit a primo gradu.

ADDIT. (j) In plano enim de iure ciuili non eſt gradus: & iterum a patre deſcendis ad filium, & eſt ſecundus gradus. de iure autem canoni. non aſcenditur ad ſtipitem, immo per ſaltus etiam in linea plana fit computatio, ut per Ang.

f ¶ Primo. Pater, mater. Si pater eſt mihi in primo, & ego ſibi in alio primo, ergo ſumus in duobus. Reſpond. Non ſequitur: nam ſum ei in primo, ita quod in eodem: & inter me & ipſum unum tantum gradum facimus ad ſimilitudinem feneſtræ: nam duæ columnæ ex lateribus unam faciunt feneſtram: tertia etiam adiecta fiet alia feneſtra: & ita in gradu perſona adiecta etiam una deinceps facit gradum, ut infra eo. §. hactenus.

SYL. ¶ Communis doct. reſolutio eſt, ꝙ ſi fideiuſſor accedit pro delicto commiſſo, & ſit promiſſa certa quantitas, tranſit contra hæredem fideiuſſoris, ut hic, & in lege ad diem. ff. de uerbo. obliga. ubi doct. aut fuit promiſſum, quòd delinquens in iudicio ſiſteret uel iudicatum ſolueret, ſi culpabilis reperiretur & ſecundum Ioan. Fab. hic procedit dictum gloſſæ noſtræ: quia hæc obligatio non tranſit contra hæredem fideiuſſoris: ſicut nec contra hæredem principalis: facit. l. iiij. in fin. ff. eodem niſi eſſet facta uel condemnatio uel litis conteſtatio, quia tunc tranſiret contra hæredem principalis. l. prima & ibi doctor. C. ex delict. defunc. tamen tu dicas, ꝙ etiam ſi lis non ſit conteſtata in terminis glo. noſtræ, obligatio fideiuſſoris tranſit in hæredem, per tex. noſtrum, qui generaliter loquitur, ſi enim fideiuſſoris morte finiretur obligatio fideiuſſoria, non ſequeretur naturam principalis, contra d. l. iiij. ſequitur ergo naturā principalis quantum ad hoc, ut extincta principali, ipſa quoque finē habeat. l. ſi deceſſerit. qui ſatiſd. cogan. non autem ſicut finitur obligatio principalis, morte principalis, ita fideiuſſoria morte fideiuſſoris, quia in ea mors principalis ſpectatur, non fideiuſſoris: & ratio eſt, quia uiuente principali quamuis fideiuſſor decedat, non extinguitur fundamentum obligationis: & ideo tranſit obligatio in hæredem fideiuſſoris: ſed ubi moritur principalis, ſecus eſt, quia ſi fuit extincta penitus obligatio pœnę, non eſt fundamentum quo iſta obligatio tranſeat in hæredem: & ſi bene inſpiciatur hæc probantur in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ubi obligatio acceſſoria non finitur ante principalem: & quo ad finem obligationis ſpectatur mors principalis, non fideiuſſoris. & ita teneas.]

† Cōc. cū hoc §. l. non quēadmodū. ff. de iudic.

¶ Et facit ad hūc. §. ff. eodem. lege iiij. §. fina.

b ¶ Fideiuſſor & præcedere. puta, fideiubeo in id quod ſibi credes, uel crediſti, uel credis nam his tribus temporibus poteſt accipi, ut hic. & ff. de uſufru. ea. re. quæ uſu con. l. quoniam. §. fina.

SYL. ¶ Si plures. Caſus. Quærebat̄ ſi plures intercederent, quomodo tenerentur: & uidebatur quod pro uirili: quia etiam tenentur debitores plures obligati alteri pro aliqua ſumma. l. reos. ff. de duo. reis. cuius contrarium reſpondetur, quod fideiuſſores inſolidum tenentur: & ratio eſt, quia cum accipian

tur ut magis cautum ſit creditori, magis eſt cautum ſi inſolidum teneantur: quæ ratio ceſſat in duobus reis, ut dicit̃ hic in glo. Not. fideiuſſores inſolidum teneri. Item ꝙ creditor poteſt quemlibet inſolidum conuenire.

ſed beneficio epiſtolæ fit diuiſio inter eos, qui ſoluẽdo ſunt tp̃e litis conteſt. Et ſi unus ex fideiuſſoribus, qui ſit ſoluendo, ſoluat inſolidũ, a confideiuſſore repetere poteſt. Aret.

¶ Si plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero ſinguli inſolidum tenẽtur.[a]

Item quòd fideiuſſores habent beneficium epiſtolæ diu. Adri. quam opponunt in modum exceptionis. Itẽ quòd imputatur ei, qui non utitur beneficio legis.]

a ¶ Teneantur. idem eſt in pluribus mandantibus uel iubentibus, ut ff. quod iuſ. l. fi. Sed uidetur iure nouo, quòd pro parte ſua tantum quilibet teneatur ipſo iure, ut iam non ſit neceſſaria epiſtola de qua ſubiicit̃ hic, niſi expreſſe inſolidum promittatur: & ſic uidetur corrigi quod hic dicitur, ut in auth. de duo. re. §. j. col. vij. Vel uerius (ut puto) dicta authen. loquitur in pluribus reis debendi, in quibus ẽt iure ueteri uidet̃ fuiſſe cautũ ut pro partibus teneantur, ut ff. de duo. re. l. reos. At ſecus fit in fideiuſſoribus, quorum quilibet tenetur inſolidũ, ut ipſe reus pro quo intercedit: & ita habebit locũ epiſtola hodie ut olim.

ADDIT. Et iſta communiter approbantur: adhibentur enim iſti pro ſecuritate, ut ſupra eod. in princip. ſecus in duobus reis: ideo &c. Ioannes Fab. & Angelus.

b ¶ Ex epiſtola. Sed ubi eſt hæc epiſtola? Rñ. non habemus eam ſcriptam: multotiens tñ de ea mentionẽ facit lex ut hic, & C. de conſti pec. l. fi. & ff. eo. l. inter fideiuſſores. & l. ſeq.

Exceptio diui Adriani fallit in quinque caſibus

c ¶ Partes. Hæc tamen epiſtola fallit in quinque caſibus: ut in fideiuſſoribus tutorum, qui non implorant beneficium, licet tutores implorent, ut ff. rem pup. ſal. fo. l. fin. & ff. de tut. & ra. diſ. l. prima. §. nunc tractemus. Item fallit in fideiuſſore fideiuſſoris, ut ff. eo. ſi plures. §. fina. Item fallit, quando cæteri fideiuſſores ſoluendo nõ ſunt

Itaque liberum eſt creditori a quo uelit ſolidum petere. ſed ex epiſtola[b] diui Adriani compellitur creditor a ſingulis, qui modo ſoluendo ſunt litis conteſtatæ tempore, partes[c] petere. Ideoq; ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo nõ ſit, hoc

tempore litis conteſtatæ, ut infra ſubiicit ſtatim. Itẽ fallit, qñ eiuſdem ſummæ ſunt fideiuſſores, ſed nõ pro eodem debitore, ut ff. eodem. ſi a Titio. Itẽ & quando inficiantur, ut ff. eodem. ſi dubitetur §. ita. ¶ Rõnes ſingularum fallentiarum uide in d. ll. allegatis in gl. & per Chriſt. hic & Iaſ. qui ſigillatim proſequuntur.]

¶ Sed nunquid hæc exceptio epiſtolæ eſt peremptoria uel dilatoria? uidetur peremptoria, quia prorſus perimit id, in quo opponitur. Item econtra uidetur dilatoria, quando ante litem conteſtatam opponi debet, ut hic: quare uidetur dilatoria, ut C. de probat. l. exceptionem. Sed dico eam quaſi anomalam, cum nec peremptorias prorſus imitetur, quæ uſque ad ſententiam opponuntur: nec dilatorias, quæ tantum differunt, ut infra de except. §. hæc exempli. & C. ſenten. reſciud. non po. l. peremptorias.

Exceptio epiſtolæ adriani, eſt anomala.

¶ Communis opi. eſt, ꝙ uſque ad ſententiam opponi poſſit: poſt ſentẽtiam non, niſi ſit appellatum: ita cõiter tenent doct. in. l. ſi dubitet. in princ. ff. eo. poſt Bar. & Imo. ibi.]

¶ Sed quid ſi ſoluit, nunquid repetet quaſi ſit fauorabilis exceptio? Videtur ꝙ ſic, ut in Velleiano, ut ff. de condictio. indeb. l. qui exceptionem. & ff. eo. l. ſi contendat. Sed contradico: quia nõ inuenio quòd ſit ſic fauorabilis, & quia ſuum recipit, ut ff. de condict. indeb. repetitio.

a ❡ Onerat.arg.contra.ff.ad.l. rho. de iac.l.ij.§.ſi quis.Accur.
ADDIT. Sol.ibi non erat fideiuſſor obligatus niſi pro ſua parte.
b ❡ Si is.ſ. reus.
c ❡ Iuuari. facit.ff.eo.l. ut fideiuſ-ſor.

SYL. ❡ Fideiuſſores. Caſus. Non figurat in regula:cuius rõ ponit ĩ text.ibi, nã eorũ. & ibi, plus eſt.n. Not.ſummariũ. Itẽ not. ꝙ plus dicit nõ ſolũ re, ſed tpe. Itẽ ꝙ plus ẽ ſtatim dare q̃ poſt tps. Itẽ ꝙ vȝ argm̃ de re ad tps: cætera dic ut per doct. hic.]

d ❡ Obligãtur. ſed nunquid in id ipſum, in quo reus tenet, ſaltem remanet obligatus, quando in plus fideiuſsit? Quidam dicunt ꝙ ſic ꝓ quibus eſt hoc generale, Vtile per inutile non uitiatur,ut ff.eo.ſi a reo.§.j.& C.de don.ſi quis argentum.§.ſed in his omnibus.Nos cõtra.ſ. ꝙ in nihilum teneatur: & eſt pro nobis ff.eo.græce.§.illud.

SYL. ❡ Et hæc opin. approbatur hic & in dicto.§.illud. Nec obſtat regula in contrarium adducta, quia non habet locum in indiuiduis,prout oſtendit Bart. in.§.illud.quòd eſt obligatio fideiuſſoria: & licet oẽs ſo.ad l.ſi a reo.impugnari poſsint, tamen ſolutio ultra omnes eſt,ꝙ ibi ſunt duæ obligationes, cũ unaquæque conditio habeat ſuam obligationem, ideo remota una non uitiatur alia: ſed iu.§.illud.ſumus in quantitate & una tantum obligatione.]

cæteros onerat.[a] Sed ſi ab uno fideiuſſore creditor totũ conſecutus fuerit,huius ſolius detrimentũ erit, ſi is ꝓ quo fideiuſsit, ſoluẽdo nõ ſit:& ſibi ĩputar̃ debet,cum potuerit [c] iuuari ex epiſtola diui Adriani,& deſiderare ut pro ꝑte in ſe detur actio.

¶ Fideiuſſor nõ poteſt in plus obligari quam principalis: & in plus obligari dicitur etiam qui citeriori tẽpore obligatur. Aret.

❡ Fideiuſſores ita obligari non poſſunt,ut plus debeant, quã debet is, pro quo obligantur.[d] Nã eorum obligatio acceſsio ẽ principalis obligationis:nec plus [e] in acceſsione eſſe poteſt, quã in principali re. At ex diuerſo,ut minus debeant,obligari pñt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit,fideiuſſor in qn que recte obligatur: cõtra [f] uero obligari non põt.Item ſi ille pure promiſerit,fideiuſſor ſub cõditione promittere põt: cõtra [g] uero non poteſt. Non ſolum aũt in quantitate, ſed ẽt in tempore minus aut plus intelligitur. Plus [h] ẽ enim ſtatim

c ❡ Nec plus.contra hanc regulam eſt ſupra de rer.diu.§.ſi rẽ alienam. Itẽ ff. de.contrahen. empt. ſi in emptione. in princ.Item ff.de ſol. qui res.§.mihi x. &.§. qui ſtipulat. & §. mihi romæ. Sed his omnibus da generalem ſolutionem,ut ſic exponas hanc literã a nõ plus eſſe poteſt in acceſsiõe &c. i.in acceſſoria obligatione, ſecundũ Io. Item contra ff.de iudi. nõ qnẽ admodũ. Solu. ibi nõ eſt plus, quia licet fideiu. debeat añ reũ, nõ tñ prius teneẽ. Item cõtra ſupra eo.§.j.uerſi. at nec. Sed ibi non eſt plus eo mõ, quo dr̃ plus. Dicit enim plus quatuor modis, quorum nullus eſt ibi, ut infra de act.§.plus autem. Accur.

❡ Dic ꝙ aliqñ tenetur in plus,qñ reus habet priuilegium perſonale ut magiſtratus: quod non extendit ad fideiuſſorem l.ſi reus.ff.iud.ſo.] SYL.

ADDITIO. Et eſt ratio,quia in dictis quatuor modis diſparitas prouenit ex facto ſtipulatoris, ideo ſibi imputetur. Diſparitas uero in efficacia ſeu ſubſtantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo ſibi magis ſuccurritur.

f ❡ Cõtra.ſi re⁹ v. ꝓmiſit,fideiuſſor x.
g ❡ Contra. ſi reus ſub condõne promittat,& fideiuſſor pure.
h ❡ Plus eſt.n.facit ad hoc ff.de uer. ſign. ſi cui.§.fin.& infra de act. §. plus

aūt.& ff.de ſol.l.ſolidum.& ff.ſol.mat. ſi conſtante.§.quoties. Accur.

¶ Si quid. Caſus. In regula non figuratur niſi literaliter: debet enim fideiuſſori competere actio, ſi ſoluat ꝓ principali. Ideo autem cōpetit mandati, quia fideiuſſor ex mādato & prece principalis tenetur. No. ſummarium. Itē ꝙ fideiuſſor obligatur ex ſtipulatione non ſimplici pacto, ſecundū doc.hic.]

a ¶ Soluerit. ſiue ꝑ iudicem, ſiue non, ut ff. man.idemq;.§.fideiuſſores. Sed etiā in caſibus quatuor, antequam ſoluat, agit mandati: ut ſi hoc dictum ſit, ut añ tpˢ teneat. Item ſi fuerit condemnatus. Itē ſi cœpit bona ſua diſsipare reus. Item ſi diu ſtetit fideiuſſor in obligatione, ut C.manda.ſi pro ea, & ff.mand.l lucius. (j) alias non agit antequam ſoluat, ſed ſoluere debet, ut ff.de condit.indeb.l. indebitam. Sed etiam in caſibus nullo modo agit: ut ſi pro inuito, aut donandi animo, aut in rem ſuam fideiuſſit, ut ff.mand.ſi remunerandi.§. ſi paſſus. & lege ſi pro te præſente. Item ſi hoc actum ſit, ut non agam, ut ff. mand. ſi remunerandi §. marcellus. Item ſi mandatum non ſit obligatorium, ut infra mand.§. illud. Item & ſi fideiuſſor non oppoſuit exceptionē, quam debuit opponere, ut ff.man.ſi fideiuſſor. Accur.

¶ Vide ſimilem gl.in.d.l.ſi pro ea. ubi doct. late proſequunť ſingulos caſus: non eſt materia additionis.

ADDIT. (j) Intellige diu arbitrio iudicis, ſecundum communem opinionem. & rot.quòd debuit ſtetiſſe in obligatione: nec ſufficeret, quòd ſtetiſſet in promiſsione tantū uel fideiuſsione.

aliquid dare: minus eſt poſt tēpus dare.

¶ Fideiuſſor ſoluens pro reo habet cōtra eū mandati actionē. Ang.

¶ Si quid aūt fideiuſſor pro reo ſoluerit,[a] eius recuperandi cā habet cum eo mādati [b] iudicium. † Græce [c] fideiuſſor ἐγγυητης dicitur: qui plerūque ita accipitur, λέγω ὅτι ἐγγυῶμαι, θέλω. quod pro eo eſt, ac ſi dixerit, dico ꝙ fideiubeo, uolo.

¶ In ſtipulationibus ſolennitas intrinſeca præſumitur. Aret.

¶ In ſtipulationibus fideiuſſorū ſciendum eſt hoc generaliter accipi, ut quodcunq; ſcriptum ſit quaſi actum, uideatur etiam actum. [d] Ideoque

& alios caſus adde ad iſtam glo. ut per Ang.hic.

b ¶ Mandati iudicium.i. actionem, ſi interceſsit mandatum: uel etiam eo præſente fideiuſsiſſet, ut ff.man. qui fide. & l. ex mandato.

c ¶ Græce. facit ff. eod. græce. j. rñ. & j̃. quibus mod.tol.ob. §. ſed & græce. & ſupra de uer. obl. §.j.uer.utrū aūt.Accur.

ADDIT. Et aduerte ꝙ (ut etiam textus aperit) Engyitis græce dicitur latine fideiuſſor. Deinde ſequiť in textu, lego oti engyome thelo: quod ſic exponiť, lego dico, oti ꝙ, engyome fideiubeo, thelo uolo. dico, ꝙ fideiubeo uolo. & hoc eſt quod latinum ſtatim exprimit.

¶ In ſtipulationibus. Caſus. Quærebať, quia ſolennitas ſtipulationis requiriť in fideiuſsione, an ſi ſimpliciter ſcriptum reperiať quem fideiuſsiſſe, dicamus præſumi ſtipulationem præcedētē interueniſſe, & omnia ſolēnia: & uidebať ꝙ non: quia cum hæc facta ſint, non præſumunť.l.in bello.§.ſacte.ff. de capt.contrariū dť ea rōne, quia cum ſit ſolennitas intrinſeca, præſumiť. Item potes dicere noua rōne, quia cum fideiuſſio non ſit ſine ſtipulatione.l. blāditus. C.eo.ſi ſcriptū reperiatur fideiuſsiſſe, ex ui uerborum ſcriptum eſt ſtipulationem interueniſſe.

d ¶ Etiam actum .q.d. ſi ita dicit ſcriptura ac ſi uere ita fuiſſet factū, quod forte fuit uel non fuit actū, certe præſumiť pro ſcriptura, ut ſic uideať actū: & eſt hæc ſcriptura priuata: dicit.n.ſiquis ſe &c.& ex cauſa: unde incontinenti ꝓiudicat, niſi contra probetur, ut C. de non nu.pe.generaliter.& facit ad hunc §.ff.de uerbor.obliga.l.ſciendum.& C.

SYL. †alias Græce ſit fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. Sz & ſi dixerit θέλω ſiue βούλομαι: ſed & φημί: pro eo erit, ac ſi dixerit λέγω.

Fideiuſſor in iiij. caſibˀ agit ante ꝗ ſoluerit

Expoſitio græci.

SYL.

Scripturę & priuatæ & publicę ſtať, donec cōtrariū probeť.

de contrahen.ſtip.l.j.& ſ.tit.j.§. ſi ſcriptũ. In ſcriptura aũt publica conſtat ei ſtandũ multo magis, niſi cõtra probeť, ut C.de prob.cũ precibus.& in auth.de fide inſtr.§. ſi uero morianť.in prin. §. col.vj.(j)Itẽ no. hic pſumi oĩa ſolẽniť acta: qđ ptobant ſupradicte. ll. Accur.

A D D I. (j) Not. ſecũdũ Ang. hic, ꝙ falſitas iſtri, item ſolẽnitas,uel error ſcribentis, pñt ꝓbari p teſtes. Idẽ ĩ ſimulatiõe: dũmodo contractus fuerit ſine ſcriptis celebratus, licet ĩ ſcriptis redactus fuerit:alias ſi ĩſcriptis ſit celebratus,nõ ꝓbať niſi p cõtrariã ſcripturã:de qua materia uide.ſ.tit.j.§.itẽ uerborum.Ang.

constat, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe uideri oia ſolẽniter[a] acta.[b]

¶ De literarum obligatione.

¶ Scribens ſe debere ex mutuo, quod non recepit, ſperans recipere, obligatur literis cũ effectu: olim poſt quinquennium, hodie poſt biennium.

OLIM ſcriptura[c] fiebat obligatio, quę nominibus fieri dicebatur: quæ nomina hodie non ſunt in uſu. Plane[d] ſi quis[e]

a ¶ Solenniter.i. & interrogationẽ factam fuiſſe: quam neceſſe eſt præcedere,ut ſ.de uerb.obl.in prin.& C.de contrahen.& commit ſtip.l.j.

b ¶ Acta. Sed contra.ff.de pub.in rem actio:quæcunq;.§.fi.Sol.ibi ſunt extrinſecæ ſolennitates de tutore & iudice,q debent adeſſe,cũ pupillus uẽdit.At hic actus promiſſionis nullus eſt ſine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, ſi deinbeo, uel promitto, intelligitur interrogatio facta eſſe quaſi pars promiſſionis:& ſic non eſt extrinſeca ſolennitas,cum ſit pars ſtipulationis.

SYL. ¶ Et ita communiter diſtinguitur in d.l.ſciendum.ff.de uer.obl. ubi eſt materia ſua ordinaria.]

Continuatio. ¶ De literarum obligatione. ¶ Iſta rubrica continuať ad præcedentia. Quia ſ. uiſum eſt de obligationibus, q̃ contrahunť re & uerbis,nunc ponit de ijs, quæ contrahuntur literis. Arct.

O Lim ſcriptura. ¶ Totus iſte titulus diuidiť ĩ duas partes.Primo ponit qualiter olim ſcriptura obligabatur,& eius correctio nem,& nouum ſtatutũ. Scđo ponit infra quantum tempus olim & hodie põt opponi exceptio non num.pec. Secunda ibi (Multum.)

¶ Olim ſcriptura. Caſus. Erit ſolum literaliter ſigurãdus: qa declarat tm̃ terminos huius obligationis literarũ, & narrat rõnẽ reſtricti tp̃is ad biennium. ¶ Verum ad pleniorẽ declarationem uide Fortu. in. l. legitima.col.v. ff. de pac.] No. ꝙ confitens ſe ex mutuo recepiſſe qđ non recepit,obligať effectualiter hodie poſt biennium. Item ꝙ multũ tp̃s diciť aliquando quinquennium, aliqñ biennium. Itẽ ꝙ obligatio oriť ex ipſa ſcriptura concurrente lapſu temporis. Itẽ ꝙ ex ea naſcitur condictio. Item ꝙ exceptio non numeratæ pecuniæ ultra biennium non opponitur.] SYL.

c ¶ Scriptura. i. ſolennitate quadam ſcripta, quæ per quædam nomina ſpecialia fiebat,ut ſubijcit.

d ¶ Plane. Licet dicta uerba in uſu eſſe deſierint,plane &c.

e ¶ Si quis.ſ. homo priuatus. Idẽ eſt & ſi fiat per alium, dummodo per publicam perſonam.

SYL. ¶ Quæ.ſ.ſcribat ipſum confeſſum eſſe recepiſſe: nam ſi ſcriberet ipſum recepiſſe, probaret inſtrumentum l. cũ precibus.C.de prob.]

¶ Aliud ſi per priuatam,ut C.de prob. inſtrumenta. At tamen contra.ff. de pign.l fideiuſſor.§. j. Sed ibi in ſcribentis præiudicium creditur. *(margin: Scriptura priuata qñ fidem faciat.)*

A D D I T. Not. regulariter ſcripturã priuatã nõ facere fidem. Fallit qñ hæc ſcriptura aliquid continet cõtra ſcribẽtẽ:qa nõ eſt uerisimile aliquẽ ſcribere contra ſe qđ ueritati non innitať, ar.l. exẽplo.cum ibi no.C.de prob. Fallit ſecundo,ſi talis ſcriptura priuata hẽt ſub

debere [a] ſe ſcripſerit [b] quod ſibi numeratū [c] non eſt, de pecunia minime numerata poſt multū [d] temporis exceptionem [e] opponere non poteſt. hoc enim ſæpiſſime conſtitutum [f] eſt. † Sic fit, ut & hodie [g] dū [h] quæri non poteſt, ſcriptura [i]

ſcriptionē triū teſtiū fide dignorū, auth. ſi quis uult caute deponere. C. q̃ poti. in pig. ha. Chriſto.

a ¶ Debere. ſ. ex cā mutui, & ſine ſtipulatione. Hæc.n. uerba non ſunt apta ad ſtipulationē ut. ſ. de uer. ob. §. j. ſi aūt ſine cā, non p̄iudicat, ut ff. de proba. cū de indebito. i ſi. Quid ſi ſtipulatio interuenit? Rñ. & tunc habet locū effectus huius tit. nam exceptionē in factū pōt opponere ut C. eo. l. cum ultra. & hoc ſi ſpe futuræ numerationis. alias ſi tanquā iam eſſet debitū, cum non eſſet, ſcienter confitetur, uī donare: alias, id eſt ſi non uult donare, ſed quia credit ſe ei debere, nō ualet ſtipulatio: quia obijcitur exceptio, ut ff. de reg. iu. l. cuius. & ff. de except. do. l. ij. §. ij. Et nota caute hic, q̃ per uerba præſentis tpis fit hæc obligatio, ut p̄ hæc, Scribo me debere. uel, Cōfiteor me debere. ut hic dr̃. & ſic eſt contra opin. noſtram, qua dicimus obligationē literis debere fieri p̄ uerba futuri tpis tm̃, ut C. de poſtu. l. ſi ſub ſpecie. ut, Scribo me daturū tibi x. ex cauſa mutui, ad inſtar ſtipulationis, quæ p̄ uerba futuri tpis tm̃ fit, ut ff. de uerb. obl. ſtipulationum. j. §. ſtipulatio. Sed certe nec h̄ dico, q̃ p̄ hæc uerba naſcatur nunc, & ut nunc, ſed quaſi ēt prius nata ſit, ſi confiteor per uerba præſentis uel præteriti temporis: & facit C. de epiſc. aud. l. ſi præſens. & C. eo. in cōtractibus. in prin. Vel apertius, non faciunt hæc uerba, ut obliget, ſed ut obligatus p̄ſumatur, licet habeam exceptionem. Vel uerius, licet apponam uerba præſentis uel præteriti temporis, tñ ſemper intelligunt futura. Quid enim prodeſt dicere, Confiteor me accepiſſe. x. uel, debere x. ex cā mutui. & hoc ſcribā, niſi intelligatur, & ideo reddam? Item quid ſi dicam, Recepi ab illo x. ex cauſa mutui. & hoc ſcribam? Reſpond. quidam non teneri propter ſupradictam rationem: quia per uerba futuri temporis debet fieri. Sed certe ſatis puto, quòd præſumatur obligatus: ſicut & cum ſcribo me debere, ut hic, non.n. uerbis, immo rebus legem imponimus, ut C. cōia de leg. l. ij. Vel dic q̃ ibi intelligitur futurum, ut prædixi.

Stipulatio tm̃ fit per uerba futuri tpis.

Lex nō eſt īponenda uerbis, ſed rebus.

b ¶ Scripſerit. i. ſcriptura cōfeſſus fuerit.

c ¶ Numeratū nō eſt. alias.n. ſi numeratū eſſet non literis, ſed re obligatus eſſet, ut ſ. quibus mo. re contrahi. obl. j. reſponſio.

† Hunc uer. declarat ſubtiliter So. z1. ī. l. j. colū. ij. nu. viij. ff. de cō di. inde.

d ¶ Multū. hoc exponit. j. prox.

e ¶ Exceptionē. ſ. non num. pecu. quæ pōt proponi, ſiue petat actor, ſiue non, ut arg. C. eo. l. ſi quaſi. & in ſcriptis, ſecundum quoſdam, ut in auth. de iē. non ſo. pe. ſuper dote. §. j. col. vij. uel forte illud ſpeciale in dote. Primum tñ ſecundum Ioan. uerius eſt. Accur.

¶ Et ita cōiter tenet ſecundū Chriſto. hic: & ſecundum Ang. hoc procedit, qñ non prouocatus oppoſuit, quia tunc ſuſtinet partes actoris.] ſ y 1.

f ¶ Conſtitutum eſt. a multis Imperatoribus qui fecerunt leges tales. C. eo. per totum uſque ad l. generaliter. nam poſtea Iuſti. ſunt.

g ¶ Hodie. Hic loquitur, quaſi ſupradicta loquantur ante tēpora Iuſti. & nūc ſubijcit q̃ hodie ſit idem. Vel dicit hodie. i. poſtquam cucurrit hoc tempus. ſ. quinquennium olim, hodie biennium, ut infra proxi. & ſecundum hoc non debet eſſe, & in textu. Accur.

* ADDIT Expone ibi ſic fit, id eſt, ſic fit ut & hodie poſt biennium obligetur, ergo etiam ante biennium, quia copula implicat l. ea tamen ff. de lega. iij. H. M.

h ¶ Dum quæri non pōt. i. dum querimoniam proponere non pōt de exceptione non num. pe. quia ex quo cucurrit tp̃s, obligabitur per ſcripturam ad dandum pecuniam non numeratam.

i ¶ Scriptura. i. per ſcripturā. Sed certe uidetur neminem ſcriptura uel literis obligari, ſed intellectu, qui ex literis percipitur & uerbis, ut ff. de act. & obl. l. non figura. quod quidam concedunt. Sed certe utrūq; facit ad obligationē, &

Lĩarũ obligatio tolli põt per contrariã ſcripturã.

ipſa figura literarũ, & conſenſus quem exprimunt: & quod d.l.dicitur, non figura.ſ.ſola. Item nunquid & per cõtrariã ſcripturã obligatio ciuilis nata poterit tolli: ut ſi creditor ſic ſcribit, Confiteor me ñ numeraſſe, uel te cõfeſſum nõ fuiſſe, uel illum ſoluiſſe? Reſpon. ſic, ut ff. de reg. iu. l. nihil tã naturale. Acc.

obligetur:[a] & ex ea naſcatur condictio,[b] ceſſante.ſ. uerborum obligatione.[c]

¶ Multũ[d] aũt tẽpus in hac exceptióe antea quidẽ ex principalibus cõſtõnibus[e] uſq; ad qnquennium ꝓcedebat: ſʒ ne[f] creditores diutius poſſint ſuis[g] pecuniis forſitã defraudari, ꝑ conſtõnem[h] noſtrã tp̃s coarctatũ eſt, ut ultra[i] biennii metas hmõi exceptio minime[k] extendatur. †

a ¶ Obligetur.ſ. ciuiliter, & nãliliter poſt biennium, quaſi bienniũ pariat nãlem obligationem. nã ante erat ciuilis tñ, non naturalis, cum nihil numeratum fuerat. Item ſi ciuilis non eſſet, fruſtra diceret habere locum exceptio. Dicimus ergo, ꝙ ſola ciuilis ſit ante biennium, ſed poſt biennium nãlis adijcit. Vel quod eſt uerius, non adijcitur, ſed prima ciuilis incipit hẽre uim naturalis & ciuilis: nã & ſtipulatio eſt de iure ciuili, habet tñ effectum nãlis obligationis & ciuilis: nam ciuilis per ſe non ualet ad exigendum, ut diximus ſupra de obliga §.j.

SYL. ¶ Communis doct. concluſio eſt, ꝙ ſtatim oriatur ciuilis, & nãlis poſt biennium, gl. in l. cum quis. C. de iu. & fac. ign. ſi tamen diſputando cupis contrarium defendere, uide Fort. in l. ſi unus. §. pactus. ff. de pac. col. xviij.]

Exceptio nõ nu.pec. ẽt poſt biẽniũ põt opponi.

¶ Item ſic eſt in re iudicata. Adhuc tamen dicunt quidam, ut Ioan. & Hu. ꝙ ſi uult poſt biennium exceptionem opponere, & probare ſibi nõ numeratam pecuniam, quòd admittitur: ſed ante biennium probat creditor, ut C. eod. l. ſi ex cautione. quod certe eſt æquum: & ita biennium hoc ſolum operatur, ꝙ probationis conuertatur onus: & ẽt pro his facit quod alias dicitur, ꝙ non fiant illicitæ exactiones, ut ff. de offic. præſi. l. illicitas. Sed certe aliter de iure vr̃. l. ut nullo modo admittatur etiã probans: nã ſacramentũ non poteſt deferre quod eſt ſpecies probationis, ut C. eo. l. in contractibus. §. illo & C. de iure deli. l. fi. §. licentia. Sed certe ſatis credo primum uerum & æquum. Nec obſtat quod de iuramento dixi, quia ex tempore illius l. in contractibus, nõ habet iuramentum uim probationis, ſi non uult aduerſarius, ut C. de iure iu. l. generaliter. §. ſinautem.

Iuramẽtum eſt ſpecies ꝓbationis.

SYL. ¶ Et ſic lapſus biennij ſolum operatur translationẽ oneris ꝓbãdi in aduerſarios.]

† Cõc. cũ hoc tex. gl. j. ante me. ibi, & hoc ẽ uerũ in c. ult. extra de ſol.

* ADDIT. Ex hac gl. collige, quod ille q opponit exceptionẽ nõ num. pe. ante bienniũ, non tenet probare fundamentũ ſuæ exceptionis, hoc eſt pecuniã non fuiſſe numeratã: imo agens tenet ꝓbare illã fuiſſe numeratã. Chriſt.

b ¶ Condictio.ſ. ex illa. l. C. de non nu. pec. l. in contractibus.

c ¶ Verborum obligatione. i. ſtipulatione. quæ uerbis fit: nã tũc titulus iſte ceſſat, & habet locum. ĩ. de uerb. obli. qñ accepit: uel habet locum exceptio in factum, ut C. eo. tit. l. cum ultra. quã do non accepit.

Multũ quinquẽniũ, & diu decenniũ cõprehendit.

d ¶ Multum. Quia poſt multum temporis exceptionẽ proponere non põt, ut ſupra in o lo diximus: quid ſit multũ, exponit hic. Et nota multum, pro quinquennio poni: ſed, diu, pro decennio ponitur, ut ff. qui & a qui. ſi cum fideicommiſſaria. §. ariſto.

e ¶ Conſtõnibus. Quas nõ habemus.

f ¶ Sed ne creditores. Non ſolum iſti, ſed ueri.

g ¶ Suis pecuniis. Subaudi ẽt. Nã occaſione hmõi ſi daremus longũ tp̃s, ẽt ueri debitores ĩterdũ talia opponerẽt: & ita occaſione liciti cõmitterent illicitũ, qđ eſſe non debet: ĩmo ẽt licitũ coarctat, ut uitet illicitũ, ut hic, & ĩ auth. de eccle. re. immo alie. in prin. col. v.

Liciti occaſione illicitum nõ debet cõmitti.

h ¶ Per conſtõnem. Vt C. de non nu. pec. l. in contractibus.

i ¶ Vltra biennij metas. Sic C. de omni agro deſer. l. qui agros. lib. xj.

k ¶ Minime extendatur. Et hoc in cã

mutui: ſi uero ex alia cauſa confiteatur in ſcriptis, ueluti emptionis, uel ſimili, incontinenti præiudicat ſibi: nec põt contra probari, niſi per aliam ſcripturam, ut C. de non num. pecu. l. generaliter.

SYL. ¶ Et rõ diuerſitatis eſt propter facilitatem petẽtis pecuniã mutuam, ut dclarat Chriſto. hic.] ¶ Item hoc in debitore confitẽte ſʒ in creditore confitente ſibi ſolutũ xxx. dies ſtatuuntur: niſi in caſibus, ubi incontinẽti præiudicatur, ut C. de non numer. pecu. in contractibus §. ſuper certis. &. §. ſed quoniam.

¶ De obligationibus ex conſenſu.

¶ In quatuor cõtractibus hic enumeratis ſolo conſenſu cõtrahiẽ obligatio hinc inde, etiam inter abſentes mediante nuncio uel epiſtola. Are.

SYL. ¶ Ratio diuerſitatis eſt, quia. l. præſumit debitores egentes magis inclinare ad confitendum ut ſuſcipiãt pecunias, q̃ creditores qui non ita egẽt, ut tenet Chriſto. hic Volo tñ te notare aliquos caſus, in quibus non habet locum talis exceptio. Primo, ſi confiteatur ſe in ueritate recepiſſe: talia .n. uerba faciunt, quòd talis exceptio non põt opponi, Bal. in c. ex inſinuatione, colum. ſi. uer. ſi confiteor. de procur. de quo per Decium in c. quoniam contra. in. iiij. not. de prob. in. l. ij. in. ij. not. C. de eden. Secũdo, ſi uerba fuerint geminata: de quo per Dec. in. l. j. col. pen. C. de pact. Tertio, ſi quis in mortis articulo confiteatur: de quo per Hippoly. de Marſil. in l. j. §. præterea, in. ij. colum. ff. de quæſtioni. Quarto, ſi confiteretur in iudicio: de quo per Decium in c. j. in. xj. colum. in princ. de iudic. Et plura alia in propoſito uide per Iaſonem in. l. qui pecuniam. ff. ſi certum pet. * & Fel. in c. ſi cautio. colum. x. de fide inſtrumẽ. qui latiſsime omnem hanc materiam proſequuntur.]

¶ De obligationibus ex conſenſu.

Continuatio. ¶ Supra dictum eſt de obligationibus, quæ uerbis & literis contrahunẽ, uerũ quia ſunt aliæ, quæ conſenſu contrahũtur, ideo de his ſubdit. Porcus.

Conſenſu. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primo ponit quot caſibus quis obligeẽ ex conſenſu ſolo. Secundo, quare in his magis conſenſu ſolo q̃ in alijs obligatio cõtrahitur. Tertio ponit effectũ huius obligationis ponendo differẽtiam inter hunc cõtractũ & ſtipulationẽ. Secunda ibi (Ideo aũt.) Tertia ibi (Itẽ in his.) Diuiſio

Conſen ſu[a] fiũt obligationes in emptionibus,[b] ueditionibus, locationibus,[c] conductionibus, ſocietatibus,[d] manda-

SYL. ¶ Conſenſu fiunt obligationes. Caſus. Ita figurari poteſt. Dubitabatur, an in his contractibus hic enumeratis ſolo conſenſu naſceretur obligatio: qꝑpe in ſingulis aliis ſupra numeratis cõſenſus exigitur. ſed contrarium dicitur ex illa ratione, quia quamuis conſenſus in illis requiratur, tamen non requiritur ſolus, ſed una cum alijs ſolennitatibus uerborum uel rei, ut dicitur in text. Not. qui ſint contractus, qui conſenſu ſolo contrahantur. Item quare hi dicantur ſolo conſenſu conſtare. Item quòd in his uenit omne, quod æquum & bonum eſt. Secus in contractibus ſtricti iuris, & præſertim in ſtipulationem uenit quod eſt expreſſum l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerborũ obligat.]

a ¶ Conſenſu. Sic ff. de actio. & oblig. l. conſenſu.

b ¶ In emptionibus. Vt ff. de contrahenda emptione, lege prima. §. finali & infra titulo primo, in principio.

c ¶ Locationibus. Vt infra titu. ij. in principio.

d ¶ Societatibus. Vt infra de ſocieta. in principio. Sed contra ff. pro ſoc. lege quarta. primo reſpon. Sed certe ibi non negatur, quin conſenſu contrahatur ſocietas: unde non eſt contra.

a ¶ Mandatis. Sed nonne in ſtipulatione conſenſus debet interuenire, ut ſupra de uerborum obligationi §. primo. uerſiculo ſed hæc. & ff. de pactis, lege prima. §. penultimo? Reſpondeo, ibi expreſſis uerbis debet eſſe conſenſus, ut ff. de uerborum obligationibus, lege prima, primo reſpōſo: hic autem etiam ſine uerbis & inter abſentes, ut infra proxime ibi inter præſentes tātum, ut ſupra de inutili. ſtipula. §. item uerborum.

d ¶ Item in his. Finit ſuperior differentia ad tria genera obligationum, hic autem fit differentia ad ſtipulationem, uel uerborum obligationem.

tis.[a] ¶ Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu cōtrahi, quia neque ſcriptura,[b] neque præſentia omnimodo opus eſt: at nec dari quicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit eos, qui negocia gerunt, conſentire: unde inter abſentes quoque talia negocia contrahuntur, ueluti per[c] epiſtolam, uel per nuncium. ¶ Item in[d] his contractibus[e] alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet:[f] cum alioquin in uerborū obligationibus alius[g] ſtipuletur, alius promittat.

¶ De emptione & uenditione.

¶ Emptio contrahitur eo ipſo quòd de pretio conuentum eſt, licet nondum numeratum ſit, uel aliqua arrha data, ſi ſine ſcriptura fiat: aliter autem ſcriptura celebrata, erit emptiō perfecta, & non prius. Aretin.

e ¶ Contractibus. Qui fiunt cōſenſu.

f ¶ Oportet. Quaſi dicat hinc inde contrahitur obligatio etiam in iis, quæ non ſunt dicta: nam ueniunt uſuræ poſt moram ut ff. de actionib. empti. Iulianus §. ex uendito. idem eſt & in oībus bonæ fidei iudiciis, licet non ex cōtractu ſed quaſi naſcantur, ut. ī. de act. §. in bonæ fidei.

& tñ regulariter non requirit̄ ſcriptura, niſi tm̄ in quatuor caſibus ꝑ deſcriptis ut l. pactū qd̄ bona fide C. de pact. & ſic uř ꝙ iſte tex. ſit defectiuus. dic ſecundū Io. Fab. ꝙ hic contrahuntur obligationes efficaces, ibi non: uñ hic de obligationib. efficacī bus loq intēdit. Ang.

b ¶ Neque ſcriptura. Hic caute nota differentiam, quam facit inter hunc tit. & ſuperiores. Nam quod dicit, neque ſcriptura. in hoc diſcrepat ab obligatione literarum, † ut ſupra titu. primo. Item in eo, quod dicit, neq; præſentia. dicit propter uerborum obligationem, quæ inter præſentes fit, ut ſupra de inutil. ſtipulatio. §. item inutilis. Item in eo, quod dicit non eſſe neceſſe quid dari, ideo dicit, ut diſcrepet ab illa, quæ fit re, ut ſupra quibus modis re contrahitur obligat. per totum.

† Dic certe idem uř poſſe dici in oī bus pactis, quibus con trahit obliga.

SYL. ¶ Vel ſecundum Ioannem Fabr. ad differentiam contractus innominati, qui rei interueniu contrahitur lege ex placito. C. de rerum permutatione.] ex conſenſu, ut ff. de ſol. l. in iis. §. imperator

c ¶ Per epiſtolam. Vt ff. de rei uendic. l. quædam mulier.

g ¶ Alius ſtipuletur. Quaſi dicat, neceſſe eſt, quòd omnia deducantur in ſtipulationem. nam alias nihil uenit in talem obligationem, ut ff. de negocijs geſtis lege ſi pupilli. in ꝑ. & l. quia tantundem.

¶ De emptione & uenditione.

¶ Supra dictum eſt de obligationibus, quæ conſenſu contrahuntur: uerum quia illæ conſiſtunt aut in emptionibus & uenditionibus, aut locationibus & conductionibus, uel ſocietatibus, uel mandatis, ut ſupra titulo primo, in principio: ideo de his tractaturus incipit de emptione & uenditione. Porcus. Continuatio.

* ¶ Materiam emptionis & uenditionis tractat plene Aret. in. §. actionum, infra de actio.] SYL.

Diuiſio

EMptio. ¶ Totus iſte tit. diuiditur in quinque partes. Primo, qn̄ emptio & uenditio contrahatur, & qn̄ àb ea poſsit recedi. Secundo, ꝙ p̄tiū debet interuenire. Tertio quando emptio ē perfecta, ad quē ſpectat periculū rei uēditę. Quarto, an ſub cōditione poſsit emptio celebrari. Quinto, quibus caſibus emptio eſſe nō poſſit. Secunda ibi (Pretium autem.) Tertia ibi (Cum autem.) Quarta ibi (Emptio tam ſub conditione) Quinta ibi (Loca facta.)

†Ad hoc prīcipio. uide Fort. in l. iuriſgentiū. col. iiij. in ſi. ff. de pact.

EMptio † & uēditio cōtrahitur [a] ſimul atque [b] de pretio conuenerit, q̃uis nondū p̄tiū numeratum [c] ſit, ac ne arrha qdē data fuerit. Nā quod arrhæ [d] noīe daſ, argumentum eſt

SYL. ¶ Emptio & uenditio. Caſus deberet potius literaliter poni. tradit enim regulam, qualiter emptio contrahitur, diſtinguendo, ꝙ ſi contrahiſ ſine ſcriptis, ſatis eſt ad ſubſtantiandam uenditionē pretij conuentio. Nulla enim requiriſ ipſius rei traditio, quia alias non conſenſu ſed re contrahereſ: nec requiriſ aliqua forma uerborum ut in ſtipulatione, ſed ſolus conſenſus ſufficit. Si uero fiat in ſcriptis, requiriſ perfectio ſcripturæ publicæ uel priuatæ, ante cuius perfectionē licet reſilire cuilibet ex cōtrahentibus a contractu, niſi quid arrharum noīe datum ſit. tunc enim quia res non eſt integra, non licet recedere a contractu. & ſic habes ex his rōnes decidendi huius princ. ex quo not. ꝙ emptio ſolo conſenſu perficitur. & iō nec rei traditionem, aut numerationē pretij, aut dationē arrharū exigit: quia hoc non ad ſubſtantiam ſed ad probationē & executionem ipſius cōtractus requiritur. Item ꝙ arrha eſt argumentū emptionis non ſubſtantia. Item ꝙ ſcriptura non eſt de ſubſtantia huius contractus. Item ꝙ aliqn̄ contractus emptionis fit cum ſcriptura: & tunc non diciſ perfectus niſi perfecta ſcriptura. Item ꝙ paria ſunt ſcripturā factā eſſe manu propria, uel aliena & ſubſcriptā a contrahentibus. Itē ꝙ ſi aliquē pœniteat, ꝑdit arrhas, ſi eſt emptor: ſi uēditor, reſtituit duplum.]

a ¶ Contrahitur. Hic not. tribus modis perfici emptionem.

¶ Intellige quando eſt facta ſine ſcriptis & datione arrharum, quia alias ꝓcedunt quæ infra dicuntur in uerſi. in iis.] SYL.

¶ Vno modo. ſ. ex quo non poſſunt diſcedere cōtrahētes, ut C. de act. & oblig. l. ſicut in initio, ſecundum quem modum etiam cōditionalis emptio eſt perfecta.

¶ Aduerte quia illa. l. ſicut. vſ potius facere in contrarium: quia dicit ꝙ conſtitutæ obligationi non pōt renunciari, ſed condōnalis non eſt conſtituta. l. cedere diem. ff. de uerb. ſign. ergo &c. Tn̄ in contrarium facit l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendente. j. ubi diciſ, ꝙ tranſmittitur, ergo eſt: & ad legem ſicut. reſpō. quia eſt conſtituta. non orra. SYL.

¶ Secundo modo, qn̄ eſt pura: & tunc incipit periculum rei ad emptorē pertinere, ut. ff. de peri. & commo. rei uendi. l. neceſſario. in prin. & ita contrahitur hic ſiue perficitur. Tertio, quando res traditur, dicitur plus perfici adhuc ſiue impleri, ut ff. de actio. empt. ſi quis rem alienam.

ADDITIO. Et iſta inducit Io. Fab. ad deciſionem quæſtionis, an & qn̄ ex conſuetudine domino uel proximio per rei uendic. ius aliquod quæſitum eſſe cenſeatur.

b ¶ Simul atq;. i. ſtatim poſtquam, ut ſupra de rer. diu. §. ferę.

c ¶ Numeratum ſit, nec aliquid datū loco pretij, ut ſupra tit. j. in prin.

¶ Hęc gl. ſentit, ꝙ poſsit dari res pro pretio, & male: quia tunc eſſet permutatio, ut. j. eo. §. itē pretium. Nec obſt. tex allegatus, quia ſi referaſ ad emptionem, de qua habeſ ibi in prin. debet intelligi ſecundum. §. item pretium. ſi ad alios contractus, ſtat proprie, & ſimpliciter procedit ut loquitur.] SYL.

d ¶ Arrhæ. ut ff. eodem. quod ſæpe. in princip.

Vendō fit i ſcriptis & ſine ſcriptis.

emptionis [a] & uenditionis cōtractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & uenditionibus, q̄ ſine ſcriptura [b] conſiſtūt, obtinere oportet: nā nihil a nobis in hmōi emptionibus & uenditionibus [c] innouatum eſt. In ijs aūt, q̄ ſcriptura cōſiciunt, [d] non aliter perfectam eſſe uendōnē & emptionē cōſtituimus, [e] niſi & inſtrā [f] emptionis fuerit cōſcripta, uel manu propria cōtrahentium, uel ab alio quidem ſcripta, a contrahentibus [g] aūt ſubſcripta: & ſi p tabellionē fiunt, [h] niſi & cōpletiones [i] acceperint, [k] & fuerint partibus abſoluta. [l] Donec.n.aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor uel uēditor ſine pœna [m] recedere ab emptione & uenditione. Ita tamen impune eis recedere concedimus, niſi iam arrharū noīe aliquid fuerit datū. Hoc enim ſubſecuto, ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis uēditio celebrata eſt, is, qui recuſat adiplere contractum, ſi quidē eſt emptor, perdit

a ¶ Emptionis & uenditionis contractæ. Nō aūt eſt de ſubſtantia cōtractus.
b ¶ Sine ſcriptura. Id eſt ſolennitate ſcripturæ.
c ¶ Venditionibus. ſ. quæ fiunt ſine ſcriptura.
d ¶ Scriptura cōficiunt. Patet hic, q̄ alia eſt emptio ſiue uēditio in ſcriptis, alia ſine ſcriptis. In ſcriptis dicitur, qn̄ hoc agunt cōtrahētes, ut nō aliter ualeat cōtractus, niſi fiat ſcriptura, ſecundū quoſdā: qđ non iudimus in uſu. Alii dīt, ut P. q̄ ſufficit, q̄ contrahētes uel aliqs eorū dicat ī princ. cōtractus, q̄ inde ſcriptura fiat licet non dicat, q̄ aliter nō ualeat niſi fiat: & hoc approbo, ut C. de fi. inſtr. l. contractus. ibi, illos tn̄ quos in ſcriptis fieri placuit &c. Si aūt ſimpliciter fiat contractus, ſed poſtea ad probationem fiat ſcriptura, ualet quod actum eſt, & ēt ualuiſſet ſine ea, ut ff. de pig. contrahitur. Et eodem modo dico eſſe intelligendū ubicunque dicitur lege, contractum aliquē in ſcriptis fieri, uel diſtractum, ut C. de teſt. l. teſtium. & in auth. de teſti. §. & licet colla. vij.

SYL. ¶ Et hæc opi. plac. communior uī ſecū dn̄ Chriſt. hic, quia actus in ſcriptis dr̄ ille, ad cuius ſubſtantiam requirit ſcriptura, non qn̄ fit ad probationem.]

¶ Sed cum fiat in ſcriptis hmōi uenditio, & ſine ſcriptura non ualeret, quare non dicit obligatio literarū? Rn̄. quia aliud habet nomē. ſ. emptio: & uerum eſt hoc nomen: at in mutuo non eſt uerum mutuatum eſſe: tunc enim re eſſet obligatio contracta, ut ſupra de lite. ob li. in prin. uerſi plane.

e ¶ Conſtituimus. Præteriti tp̄is. eſt & dic, ut C. de fid. inſtr. contractus.
f ¶ Inſtrā emptionis. Quæ uulgo rogationes dicunī, ſecūdum Ioan.
g ¶ A contrahentibus. ſ. utroque. ſ. emptore & uenditore: & talis ſubſcriptio fit & alias, ubi contractus fit alius in ſcriptis, ut ī auth. de fide inſtr. §. ſi quis igiī. &. §. ſed & ſi quis aut mutui. &. §. ſeq.
h ¶ Fiūt. ſ. hæc inſtrā. & ſubaudi, nō aliter ualeant, niſi & comple. &c.
i ¶ Completiones †. i. mundū cōpleſſi. †alias. i. complementū.
k ¶ Acceperint. ſ. ab eodem tabellione, & a partibus, ut ſubiicit.
l ¶ Abſoluta. ut quia lecta fuerint partibus, & laudauerint. Vel dic abſoluta id eſt ſubſcripta.

SYL. ¶ Vide gl. in. l. fideicommiſſa. §. j. ff. de leg. iij.]

m ¶ Sine pœna. Sed q̄ro ſine pœna, cū ſtatim in arrhis eū puniat? Rn̄. ſine pœna intereſſe, & iuriſiurandi in litē. Nā hæc pœna eſſet quantum ad ſoluētem, licet non quantum ad accipientem, ut ff. ſi quis ius di. non ob. l. j. §. fi.

SYL. ¶ Vide ibi gl. in uer meram pœnam, & dic q̄ hmōi pœnæ reſpectu ſoluentis tn̄ debentur etiam in foro conſciētiæ, ut per Dec. in c. j. in. j. lect. in. xj. col. de conſtit.]

qđ dedit: ſi uero uenditor, duplũ reſtituere cõpellit,[a] licet ſuper arrhis nihil expreſſum[b] † ſit.

¶ Emptio nõ põt eſſe ſine certo pretio: ſed ſi pretiũ in alterius arbitrium conferaẽ, tunc uẽ emptio facta ſub condõne: ut ſi ille fuerit pretium arbitratus, ualeat emptio: alias ſecus. & idem in locatione. Are.

¶ Pretiũ aũt conſtitui oportet: nam nul

¶ Non aũt ab arrhis aliter liberaẽ, ut ſubiicit, ita tñ &c. Itẽ iſte talis non facit contra legẽ. C. de act. & obl. ſicut. cũ hoc lex ſibi permittat. Et not. ꝙ huius legis permiſſio eſt cũ aliqua pœna. Argu. cõtra in auth. conſtõ quæ de dig. §. illud, coll. vj. Sed ſi nõ eſt ſubſcriptũ, & tñ res eſt tradita, an ualeat translatio? Quidã dicũt ꝙ non, ut C. de ſuffrag. l. unica. Alij cõtra, ut C. ſi quis alteri uel ſibi. l. multum intereſt. & ff. de dolo. l. & eleganter. in princ. Diſtingue, aut ꝑ errorem, aut ſcienter.

†alias E.

a ¶ Compellit. Sed qua actione? Reſp. condictione ex. l. iſta, & ex. l. illa. C. de ſide inſtr. cõtractus. Vel ẽt ꝑ officium iudicis, ut arg. C. de reſcin. uend. l. ij. Itẽ ꝑ actionẽ ex empto, ſi tamen ſiebat uẽdõ ſine ſcriptis: nã ſi fieret in ſcriptis, nec eſſet mundũ completũ, nõ ageret actione ex empto, cum non eſſet adhuc uenditio, ut hic dr, ſed ꝑ cõdõnem ex. l. uel officio iudicis, ut dictũ eſt. Sed nũquid ultra hanc duplicationẽ arrharũ teneẽ uenditor ad intereſſe ſi non tradat, ut ff. de act. emp. l. j. & l. ex empto. §. idem ait? M. & Azo dicunt ꝙ non: quia ſibi ꝓiudicauit accipiendo arrhas: ſicut & alias ſibi ꝓiudicat quis ſibi eligendo, ut ff. de trib. act. qđ in hæredem. §. eligere. Item quia hoc uideẽ agere contrahentes inter ſe, ut amiſſione & duplicatione arrharum debeant eſſe contẽti: ergo pro expreſſo eſt habendum, ut ff. ſi cer. pe. cũ quid. Item facit. ff. de lega. ij. l. cũ filius. §. uariis. B. & Io. contra. Dicunt. n. adhuc poſſe agi ad hoc ut tradatur, uel ad intereſſe, ita ut arrhę in intereſſe computentur. † & facit pro eis ff. de teſta. mil. l. iij. & ff. de inof. teſt. mater. & C. de pac. do. l. fi. facit melius. ff. de act. emp. & uendi. prædia. in fi.

Venditor utrũ ultra arrharum duplicaiũ ꝑditionẽ teneaẽ ad intereſſe.

†Et ſic ad intereſſe agitur, quatenus eſt ul-

ſ y l.

¶ prima opi. cõiter tenetur, ſecundum Chriſto. hic.]

¶ Sed quid ſi dederit pro arrhis & pro pagamento? Rñ. pactum ſeruandum. i. non põt diſcedere, ut ff. de pact. in traditionibus. Et no. duo operari: unum, ut arrhæ debeant duplicari uenditore pœnitente. Itẽ ut emptio remaneat firma, & agaẽ ad intereſſe. Item emptore pœnitente eadẽ duo operaẽ. Acc. Flor.

tra arrhas: q́ opi. uerior eſt, ſecũdũ Aug.

ADDIT. Et tunc non totũ, ſed qđ pro arrhis dũtaxat datũ eſt, duplicaẽ. Et no. ꝙ ubi uenditor ſe noĩe emptoris poſſidere conſtituit, non põt agere ex empto, ut tradat: ſed aut rei uendicatione, uel publiciana ſimul, aut uti poſſidetis, ut dicit gl. in auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. uen. Ang.

b ¶ Nihil expreſſum eſt. i. nihil dictũ fuit a partibus quid ſuper arrhis fiat altero pœnitente.

¶ Pretium. Caſus. Ita figurari põt in ſecũda parte: nam in prima, ꝙ pretium dẽat eſſe certũ, cũ ſit notiſſima regula requiſita ad ꝑfectionẽ uendõnis, nõ exigit caſus figurationẽ. Quæſitũ fuit, an ualeret emptio pro pretio declarãdo ꝑ Titium: & uidebaẽ ꝙ non, quia tunc nõ erat certũ pretium. ſed deciditur cõtrariũ, ꝙ imo emptio non eſt pura, ſed cõditionalis ſi ille arbitrabitur: & ſic non eſt ꝑfecta, ſed eius perfectio pẽdet. Sed tunc obſtare uidebatur, quia alias habemus, ꝙ eo non arbitrante, in cuius arbitrio remiſſa erat declaratio, recurriẽ ad iudicem: unde ſic in emptione, eo non arbitrante nõ erit condõnalis emptio, quaſi expiret ſi non arbitreẽ, ſed ibit ad iudicẽ, qui declarabit ipſe, iuxta l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. obl. & ſic ẽmptio ſuſcipiet perfectionem. ſed contrarium dr hic, quòd immo expirat emptio, quia commiſſa in caſu noſtro eſt ſubſtantia contractus in arbitrium perſonæ certæ: tunc. n. non receditur a ꝑſona certa. ſed euaneſcit actus, ut hic dr. No. ꝙ ad ſubſtãtiã emptionis reqritur certitudo pretij. Itẽ ꝙ paria ſunt ꝓiđ ſ y l.

ab initio certis apponi,& ex poſt facto certificari.Itē ꝙ declaratio quantitatis pretij conſerri pōt in arbitrium tertij. Itē ꝙ eo non arbitrante deficit contractus. Itē ꝙ ualet argū de emptione ad conductionem.]

la emptio ſine ꝑtio eſſe[a] pōt.Sed & certum[b] eſſe pretium[c] debet alioquin ſi inter aliquos ita conuenerit, ut quanti Titius rem æſtimauerit,tanti ſit empta:inter ueteres ſatis abūdeq; hoc[d] dubitabatur,† conſtaret ne uēditio,an non.Sed noſtra deciſio[e] ita hoc cōſtituit, ut quoties ſic compoſita ſit uenditio,quanti illę æſtimauerit[f] ſub hac cōditione ſtaret cōtractus: ut ſi quidem ille, qui nominatus[g] eſt, pretium definierit,[h] tunc † omnimodo ſecundū eius æſtimationē & pretium perſoluatur,[i] & res tradatur,[k] & uendi

† alias ſi conſtitit uendō, ſiue nō.

a ¶ Eſſe ꝑt. ut ff.eo.l. ij. & C. eodem l empti.

b ¶ Sed & certum. No. duo: & ꝙ ꝑtiū debet eſſe, & ꝙ certum.

c ¶ Pretiū. Repetit de pretio ꝙ debet interuenire, ut addat duo.ſ. ꝙ ſit certum,item in pecunia numerata.

d ¶ Hoc dubitabatur.i.de hoc.

e ¶ Deciſio.Vt C.de contrahen. emp. l.fina.

f ¶ Aeſtimauerit. Not. ꝙ caute ponit de tertia perſona: nam ſecus ſi in contrahentis arbitrium, ut dicemus infra eo.§.emptio.

g ¶ Nominatus eſt. Quid ſi in innominatum contulimus: ut, Vendo pro quanto ęſtimabitur? Rñ.non ualet,inſtar locationis ſic factæ, ut ff.loc.ſi merces.in prin.niſi in uno caſu, qui eſt de pign.l.ſi fundus.§.fi.Accur.

ADDITIO. Sol. ex præcedentibus contractibus, quorum occaſione deueniē ad uenditionem, poteſt ſuper declaratione pretii officium iudicis implorari, ut ibi: ſecus ſi nullus præceſſiſſet contractus,ut hic.Ang.

h ¶ Definierit. Etiam inique:quia a ꝑſona inſerta non receditur,ut ff. de uerbo.obl.ſi quis arbitratu,(j) & hoc uerū eſt,qñ id,quod eſt de ſubſtantia contractus, appoiē: ſed ſecus ſi conferatur quod eſt de accidente contractus: nam tunc ad arbitrium boni uiri recurriē,ut ff.eo.hæc uēditio,& ff.pro ſocio.l. ſi ita coita.& l.ſi ſocietatem.j.& ff.loc.l.ſi in lege. in prin.quæ omnes hinc ſunt contrariæ. & hoc ſecundum Ioan.

¶ Hæc opi.cōiter approbaē,& in gl.in l.in uendentis.in gl.magna.C.eo. tit.] SYL.

¶ Sed ſcd̃m Azo. hoc redigiē ad arbitrium boni uiri: & ſic non contradicūt d.ll.Nec obſt.d.l.ff.de uerb.obl. ſi quis arbitratu,qa ibi non fuerat arbitratus: quo caſu concedo non recurri ad boni uiri arbitriū.Sed qñ dr̃ inique definiri? Rñ. forte ultra dimidiam iuſti pretij, ut ar.C. de reſcin.uen.l.ſi uolūtate. & l.ij. Vel (ut puto) iudicis officio expediē, ēt ſi minor ſit deceptio,dummodo non minima,ut ff.de in integ.reſti l ſcio. nam non tm̃ ſibi committiē in alienis, quātum ipſis dominis liceret,ut ff.ſol.mat.l.ēt.§.j.&.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.

Notabilis qō.

† alias oino.

* ¶ Ad iſtam gl.in uerſi. Vel ut puto. Vide Tiraquel.in repet.l.ſi unquam.ſuper uer.omnia uel partem.num.xxx.C. de reuo.don.] SYL.

ADDITIO. (j) Hoc reprobāt doct.quia qñ non fuit arbitratus, recediē ab eius perſona, etiam ſi de ſtando ſuæ ſententiæ iuratum fuerit.l. ſi libertus iurauerit,ff.de ope.lib. & c. quintauallis.extra de iureiur.Ang.

i ¶ Perſoluaē.Ita ꝙ fiat accipientis,ut ff.de act.emp.ex empto.§.j. etiam uſuræ poſt moram,ut ff. de act. empt.l.Iulianus.§.ex uendito.

k ¶ Tradaē.Caute dicit,tradaē, & non detur:nam non tenetur facere accipiētis,ſed de euictione ſe obligare,ut ff.de act.emp.ex empto.in prin.

¶ Cōis & fere oīum eſt hęc ſnīa in.l.fi. ff.de condi.cau.da. contra quam in diſputando tenet For.Hiſp.in.l.iuriſgentium.in prin.in.v.col.ff.de pact.] SYL.

¶ Sed uunqd ꝑciſe teneē ad rē tradendā? M.dicit ꝙ ſic:& facit pro eo qd̃ hic dr̃,oino tradaē &c.& ff.de rei uend.qui

Vēditor an teneaē ꝑ-

tio ad effectū[a] perducat: emptore quidem ex empto [b] actione, uenditore ex uēdito agente. Sin aūt ille, q noīatus eſt, uel noluērit, uel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo [c] eſſe uenditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. [d] Quod ius cū in uenditionibus nobis † placuit, non eſt abſurdū & in locationibus[e] & in conductionibus trahere.

¶ In emptione & uēditione pretiū debet eſſe in pecunia numerata: alias eſt permutatio, quæ eſt contractus ſeparatus ab emptione. Arc.

¶ Itē [f] ptiū ī numerata pecunia cōſiſtere dēt. Nā † & i cæteris rebus an ptiū eſſe poſſet, ueluti an hō, aut fund' aut toga, alterius rei ptiū eē poſſet, ualde qrebat. Et Sabinus & Caſſius ēt in alia re † putabāt [g] pretiū poſſe cōſiſtere: unde illud eſt, qđ uulgo dicebatur, per mutatione rerū emptionē & uendōnem cōtrahi: eamq; ſpēm emptionis & uendōnis uetuſtiſſimā eſſe: argumētoq; utebanī † Græco poeta [h] Ho

precise ad rem tradēdā uel ad ī tereſſe. reſtituere. & j. de do. §. alie. Sed B. contra. dicit. n. eum liberari pſtando intereſſe: & facit pro eo. ff. de act. empt. l. j. j. reſpon. & l. ex empto. §. idē ait, & C. de actio. emp. l. iiij. Sed forte hic poſſet diſtingui, an uenditor habeat rem, & tūc ſnia M. tenet p ſuas ll. an nō hēat rē, & tūc aut dolo uel culpa deſijt cā hēre, in fraudē puta emptoris, & tūc ſnīa B. tenet aut ſine dolo, & culpa, & tūc nō tenet uēditor, ut. j. eod. §. cū aūt. eſſet n. ualde mirū quod ait B. ut ſic cōpellatur eſtimationē p re recipe, ut ff. ſi cer. pet. l. ij. §. ij. & C. de fideic. li. l. ſi. Itē ſic improbe pacta rūpere, cū ptor dicat, pacta ſeruabo, ut ff. de pact. iuriſgentium. §. ait prætor.

† alias placuerit.

SYL. ¶ Cōcordia gl. cōiter tenet a doct.]

a ¶ Ad effectum perducatur. ſ. iam dicto modo. ſ. per traditionem rei & ptij, ut infra qui. mo. tol. obl. §. ſi.

b ¶ Ex empto. No. quòd ex empto emptor, ex uendito uenditor agit, ut hic, & ff. de act. emp. l. ex empto. j. reſpon. & l. Iulianus. §. ex uendito.

c ¶ Pro nihilo. ut nec ad boni uiri arbitrium recurrat, ut modo diximus: ſed legatum non ideo eſt pro nihilo ſic relictum, ut C. com. dele. ſi duobus. §. ſed & ſi quis. ſed ibi fauore ultimæ uoluntatis, ne pereat.

ADDIT. Hoc uerū intellige cū diſtinctione, an fuit datū arbitriū conditionaliter, an non, iuxta. l. j. cū materia.

ff. de le. ij. Itē quo ad ſubſtantiā legati, non quo ad pœnæ commiſſionem, ut l. multa. in prin. ff. de cond. & dem. Aug.

d ¶ Pretio ſtatuto. ſine quo eſſe non pōt uenditio, ut in princ. huius. §.

e ¶ Et ī locationib. ut ff. loc. ſi merces. in prin.

b ¶ Item per liberos hoĩes. Not. ꝙ liber homo qñq; bona fide poſſidet̃ ut qñ poſſeſſor credit eum ſeruum eſſe & ſuum: qñq; mala fide: ut qñ credo eum ſeruum eſſe, & ſcio meum non eſſe, ut ff de acqu. poſſ. l. j. §. ſed & per eũ. qñq; nullo modo poſſidetur, licet detineat̃ ut quando ſcit liberum eſſe, ut ff. de acqui. poſſ. qui uniuerſas. §. j. & ff. de proba. ſi quis [illegible]erum.

Seruus [illegible]

c ¶ Vſumfructum. In quibuſdã libris eſt in litera, uſumfructum uel uſum. & ſecũdum hic uĩ, ꝙ per eũ ſeruũ, in quo habeo uſum, ex duabus cauſis acquiram. Sed contra ff. de uſu & habi. per ſeruum. in prin. Sol. dicunt quidam illud corrigi. Vel dic ſecundũ Io. ꝙ illud uerbum, ex duabus, referat̃ ad ſolum uſumfructum, alterum uero. ſ. ex re, ad uſuarium: & ſic erit in litera confuſio, ſicut C. de colla. illam, & ſupra qui da.

d ¶ Pro dominica. Niſi cum propria nomina eorum ſtipulationi inſeruit: ubi pro uirilibus portionibus acquirit, ut ff. de ſtipula. ſeruo. ſi communis ſeruus.

MM j

a ¶ Stipulatus.ſ.ſimpliciter, uel ſibi. uel dño iubenti, ut ſtatim ſequit: alias nullum eſſet dubium, ut ſupra de ſtipula. ſeruo.§.pen.

b ¶ Supra dictum eſt.ſ.de ſtipu.ſer.§. penul.

¶ [illegible]

Couti-nuatio. ¶ Viſum eſt ſ.de obli in ducenda, ſequit uidere de obligatione diſſoluenda ſiue tollēda: quia nihil tā nāle ē, q̄ unūquodque uinculo, quo ligatur, diſſolui poſſe.l.nihil tam naturale.ff.de regulis iuris. Aret.

meo dare ſpondes? Sed ſi domini unius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus,[a] licet antea † dubitabat, tn̄ poſt noſtram deciſionem res expedita eſt, ut illi tm̄ acquirat, q hoc ei facere iuſſit, ut ſupra dictum eſt.[b]

† alias dubitaretur.

¶ Qui[illegible] tollitur ob[illegible]

Diuiſio

Ollit. ¶ Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, qualiter tollatur obligatio ſolutione. Scdo, qualiter acceptilatione. Tertio qualiter nouatione. Quarto, qualiter conſenſu. Scda ibi (Itē per acceptilationem.) Tertia ibi (Præterea nouatione.) Quarta ibi (Hoc amplius.)

SYL. ¶ Tollitur. [illegible] In tam uulgata regula nō eſſet niſi literaliter figurādus: tn̄ in hoc vr̄ dubitandum, q ſolutio pro ignorante & inuito fieri non poſsit, ex eo q beneficiū regulariter non cōfert ī inuitū.l. inuito.ff.de reg.iur. contrariū th̄ dr̄ ex eo, quia hic agit non ſolū de intereſſe debitoris, pro quo ſoluit ſed & creditoris, & iō pōt beneficium in inuitū conferri: ſed qn̄ uertit intereſſe tm̄ alicuius, tunc bene beneficium in eum inuitū, non conferi, ut dr̄ in regula. No. q ſolutione eius, quod debet, omnis tollit obligatio. Item q aliud pro alio inuito creditore ſolui non pōt, ſed eo conſentiente ſic. Item q quis pōt ſoluere pro alio ſciente, & ignorante, & inuito: quia nālis ſimul & ciuilis [illegible], ut quis poſsit alte[illegible] [illegible] facere meliorem.l.ſolu[illegible]do.ff. de n[illegible]ge. Itē q quis principa[illegible]s & fideiuſſo-ris duæ ſint obligationes, tn̄ unica ſolutione diſſoluuntur. quia altera eſt acceſſoria, & ſublata principali etiam ipſa tollitur.]

* ADDI[illegible] Sed quæret aliquis. cui hic titulus hoc loco ſit poſitus añ tract. de obl. ex maleſi. quum aliquot modi in eo exponantur, qbus ipſo iure tollūtur obligationes ēt ex maleficio uel quaſi maleficio uenientes, ut furti, rapinæ &c. F.g.Baro, reſpondet, qm̄ iam ſatis exercuiſſe huc liber uidebatur, cōem hūc tit. hic inſertum, & obligationes ex maleſ. reiectas in lib.iij. ubi de actionibus tractatur poſt res corporales & incorporales, inter quas ſunt obligationes oēs.§. fi.ſ.de uſu & habi.

¶ Si ſolu[illegible] id [illegible] debet, uel aliud [illegible] [illegible]

Ollit[c] aūt † omnis obligatio[d] ſo

† Conc. cu prin. c.j. [illegible] ſua glo. poſt me ibi, itē tollitur ſolōne. extra & reg.iu.ſ antiq.

c ¶ Tollit. Alias, tollit, alias, ſoluitur. Si tollit. ergo non renaſcit de cætero, ut ff.de ſol.qui res.§.areā.& de noxa.l. ſi alienus.& C.de remiſ. pign. cum ex cauſa. & C.de ſent. paſ. ſi debitor. ubi magis ſuſcitatur ſolutio eius quod debetur, q̄ tollatur, ut ff.de noxa.l.electio § fi. Sed ibi æquitatis ratione nec ſublata dicitur.

SYL. ¶ Ad regulam iſtius tex. uide Iaſ. in §.æque.col.v.ī.de actio. ubi illam limitat & declarat.]

d ¶ Oīs obligatio. Siue re, ſiue uerbis, ſiue literis, ſiue conſenſu nam de his ſupra dictum eſt a tit.de obli. uſq, huc. Sed nunquid eſt idem in ijs, quæ ex maleficio ſunt, uel quaſi? Reſpon. ſic.

SYL. ¶ Hæc uera quo ad pœnam parti applicandam, ſecus in applicāda fiſco. l. [illegible]us publicum.ff.de pact.]

¶ Itē hec ſunt uera, ſiue ciuilis & [illegible]ālis fuerit obligatio ſimul, ſiue [illegible]ālis tm̄, ut hi[illegible], & ff.ad [illegible] pupillus [illegible] Sed [illegible] tollit [illegible] eius, quod debet? [illegible] ff.de ſol. qui [illegible]

Oblig[illegible] [illegible]

hominẽ.§.ſi & hoc quidam dicunt. Sed contradico ſi enim ſciens me debere ciuiliter tantum,ſoluam:ſicut econtra. ſi nudo pacto tibi decem debeam,& ſoluam cauſa meæ fidei implendæ, quare non liberor, ut ff. de condi.indeb.l.ſi deiconmiſſum? Quod autem ĩ.d.l. qui hominẽ. dicitur,ideo eſt, qa aliud operabat ſolutio, q̃ crederet ſoluẽs .ſ.repetitionem,cũ errabat credens ſe teneri naturaliter. non ergo mirum ſi non facit quod credebat ſoluens.ſ.liberationem.

lutione eius, quod debet: uel ſi quis conſentiente [a] creditore aliud pro alio ſoluerit. Nec intereſt quis ſoluat, utrum ipſe q debet,an alius ꝓ eo: liberatẽ.n. & alio ſoluente,ſiue ſciente, ſiue ignorante debito re, uel inuito eo ſolutio [b] fiat. Item ſi reus ſoluerit,ẽt ij,qui pro eo interuenerunt, [c] liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit: non enim ipſe [d] ſolus liberatur,ſed etiã reus.

STI. ❧ Produceret enim contrarios effectus, ſcilicet liberationem & obligationem, contra lege cum is.§.j.ff.de condi.indeb.]

❧ Item eſt contra ad hoc.j.rñ.in auth. ut ii qui obl.ſe hab.per.res.§.ſi uero tacuerit.coll.vj.(j) Solu.illud ſpeciale ẽ. Item contra ff.de ſol l.ſi rem meam. Item contra.ff.de uerb.oblig.Iulianus §.qui fundum.Item contra.ff.commo. l.iij.§.ſi reddita. Sed his legibus licet fuerit facta ſolutio,non tñ fuit facta ſicut debuit fieri: uñ pro non facta quantum ad hoc habeẽ. Item contra ad id, quod ſubiicit,ꝙ demum ſciente creditore ſoluiẽ aliud pro alio.ff.de leg.j.nõ amplius.§.ſi.& l.ſi domus.§.ij.&.iij. & ff.de auro & arg.leg.l.j.§.ſi.& C. de dona.l.ſi quis argentum.ff.de ſol. qui hominem. & ff. de uerb.obl.l. inter ſtipulantem.§.pe.& l.ſi ſeruus. in quibus legibus dicit ꝙ liberaẽ quis ſoluendo aliud ꝓ alio.Sed hæc ſpecialia ſunt, hoc autem regulare.

STL. ❧ Quia hæc materia uidenda eſt ab omnibus iuuenibus neceſſario in lectura ordinaria in.l.ij.§.j.ff.ſi cer.pe. ideo remittimus ad locum ordinarium.]

ADDIT. (j) Dic ꝙ ideo in ꝓdictis legibus ſolutio non parit liberationem, qa fuit facta aut aliter quam debuerit, aut alteri q̃ debuiſſet. Formanda eſt igitur regula per hunc modum. Solutione eius,quod debeẽ,facta pleno iure perſonæ cui debetur,debitor liberaẽ, & ceſſabunt omnia contraria. Chriſt.

a ❧ Conſentiente creditore. Interdum tñ etiã aliud ꝓ alio ſoluiẽ creditori ẽt inuito, ut diximus ĩ auth. de fideiuſſo. §.pe.& quoſdã ex his notauimus. s. proxime.

b ❧ Solutio fiat. Patet hic,ꝙ beneficiũ conferẽ ĩ inuitum. Sed contra ff.de reg.iur. l. inuito. Sol. illa regula in priuilegijs loquiẽ, hæc aũt in aliis. Vel dic,ꝙ non põt directo,põt tñ per mediũ. Prima uerior eſt, (j) Sed nunquid econtra põt fieri alij ſolutio inuito creditore? Rñ.non ut ff.de nou.l.ſi Stichum.§.ſi. niſi creditori creditoris ſoluatur,ut ff.de neg.geſt. ſi liber.uel ꝓcuratori creditoris,uel ei cui extiterit hæres creditor, uel futuro debitori,uel ſimilibus perſonis, q̃ numerantur ff.de ſol.ſolutam.& ff. de pig. actio.ſolutum.§.ſolutam.

ADDIT. Tu dic, quòd contrarium loquitur,ubi beneficium reſpicit commodum contradicentis tm̃: ſecus ſi etiam alterius,ut in toto tit.de muner. & hono.& hic Aug.

c ❧ Interuenerunt. Vt ſunt fideiuſſores,mandatores, & ſponſores, ut ff.de excep.l omnes.& C.de non num. pe.l. tam mandatori.

d ❧ Ipſe ſolus liberatur.ſ.fideiuſſor:& ſi quidem ſoluat nomine ſuo. (j) liberatur ipſo iure:reum autem liberat ꝑ exceptionem,ut ff.mand.ſi quis.& l.Papinianus.& ff.de pet.hæred.l.ſi quid poſſeſſor. Si uero nomine rei, liberat ipſo iure reum,ut ff.de neg.geſt ſoluendo. & ff.de noua.l.ſi Stichũ.in ſi. Sed ſi hoc uerum eſt,ꝙ liberaẽ reus ſoluente fideiuſſore, quomodo cedet actionẽ creditor fideiuſſori, qđ facere debet,ut ff.de

ſol Modeſtinus. & ff. de fideiuſſ.l. fideiuſſoribus. q̄ ſunt contra hanc legem? Rñd. illud pōt fieri ante ſolutionem.ſ. ceſsio: uel ēt poſtea, hoc acto prius: quia uī ineſſe. probaē hæc ſolutio. ff. de fideiuſ. cum is.

SYL. ¶ Tu dic ſecundū Chriſto. ꝙ illa iura loquunē, ꝙ ille, cui ſoluiē, debet cedere actiōes ſoluenti, qñ ſoluenti nō eēt ꝓuiſum de alia actione: ſed hic erat ꝓuiſum de actione mandati, ergo.]

¶ Item no. hic unam ſolutionē parere plures liberationes, & facit. ī. de duob. re. §. ex hmōi. & ff. de arbit. ſi duo.

[redacted].

¶. Per acceptilationē tollitur obligatio uerbis contracta: aliæ autem poſſunt in ſtipulationem deduci per Aquilianā ſtipulationem, & demum per acceptilationem in totum uel pro parte tolli, cuiuſcunq; formæ uel materiæ exiſtant. h. d. Angel.

¶ Item per acceptilationē tollitur obligatio. Eſt aūt acceptilatio imaginaria [a] ſolutio. Quod.n. ex uerborum obligatione Titio debetur, id ſi uelit Titius remittere, poterit ſic fieri, ut patiatur [b] hęc uerba debitorem dicere: Quod ego promiſi tibi, habes ne acceptum? & Titius reſpondeat, Habeo. Sed & græce [c] pōt fieri acceptilatio, dū modo ſic fiat, ut Latinis uerbis ſolet exigi: † ὅπερ ὑποσχέσθην σοι, ἔχεις, πρόσδεκτον, ἔχω. Quo genere (ut diximo &c.

pactum & conuentionem. quo non obſtante hoc deciditē quod uides in text. ſed dic ut dicit glo. in uer. cæteræ. quæ tangit hanc difficultatem, licet non ita late, ꝙ uerum eſt, ꝙ non tollit iure acceptilatiōis, ſed bene iure pacti & cōuentionis in ea cōtentę.]

a ¶ Item. Imaginaria, i. ficta: ſic ff. de regu iu. l. imaginaria. ¶ Hæc interpretatio uera eſt.]

SYL. ¶ Vel dicitur imaginaria. i. per momentum duratura. ſic in authen. quo modo oportet epiſc. §. j. collat. j. & in Pſal. In imagine pertranſibit homo. Pſal. 38

† alias ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβὼν. i. habes acceptos tot denarios? habeo acceptos.

ADDIT. (j) Quod in dubio ꝓſumiē: niſi eſſent æque principaliter obligati: ut duo rei, & duo tutores: quia tūc ſimpliciter ſoluendo, totalem actionē, quæ ambos ligat, diſſoluit, ſecūdū Ang. hic.

SYL. ¶ Item per acceptilationem. Cala. Satis eſſet, ꝙ figurareē literaliter, quia ſtat in declaratione terminorum: tñ in uno uidebaē dubitandum ualde, quare acceptilatio non tolleret alias obligationes, ſicut tollit eas, quæ uerbis contractę ſunt: & ratio affirmatiua poſita hic non reſpōdet huic obiectioni: quia bene fateor, ꝙ eodem uinculo diſſolui naturaliſſimum ſit: ſed ꝙ uoluntas tollendi obligationem deducta in acceptilationem nō tollat alias obligationes, hoc uidebatur abſonum: & licet uideatur eſſe de iure ciuili, & ideo non tollere obligationes de iure gentium, hoc eſt falſum: quia quamuis forma ſit de iure ciuili, tamen conſenſus, qui in ea eſt, eſt de iure gentiū, quia continet

ADDITIO. Ipſa acceptilatio tñ habeē pro ſolutione, ut l. ſi ex pluribus ff. de acceptila. ut in ſimili ēt dicimus de iuramento, quod habetur loco ſolutionis inter deferentem & iurantem: non tamen etiam eſt proprie ſolutio, ut l. duobus. §. j. & ibi glo. & doct. ff. de iureiur. Ang.

b ¶ Vt patiatur. Et etiam reſpondeat ei, ut ſequitur, & infra eodem. §. in fi. nam ſola patientia non prodeſt. Accurſius.

c ¶ Sed & græce. Non ſolum Latinis, ſed etiam Græcis uerbis, dum tamen aptis ad hoc, ut ſequitur: & facit ſupra de uerb. obli. §. j. uerſi. utrum. & ff. de uerbo. obliga. l. j. §. fina. Vnde uerba Græca in textu poſita ſunt huic propoſito apta, ſi recte exponantur. Sunt autem talia, Oper hypoſcheſthin ſi echis proſdecton? echo. Et ſic intelliguntē: Oper hypoſcheſthin ſi. id eſt quod promiſi tibi, echis proſdecton? id eſt ha- Addi.

bes acceptum? & reſpondeatur, echo. i. habeo.

a ¶ Vt diximus. ſ eo. §. ibi, quod enim ex uerborum &c.

[Accepti]latio nó [...] co[ntra] obligatio[n]es iu[ris] gen[ti]um.

b ¶ Cæterę. ſ. quæ ſuut de iure gen. cũ acceptilatio q̃ eſt ciuilis actus, ut ff. de reg. iu. actus nõ poſsit iura gen. tollere, ut ſupra de legi. agn. tu. §. fin. quę ſũt uetuſtiora & firmiora, ut ſ. de rerũ diu. §. ſingulorũ. Sed nunqd alias obligatiões iuris ciuilis tollet acceptilatio: ut literarum, & emphy. & ſimiles, ut diximus. ſ. de iure nat. gen. & ciui. §. ius autem? Rñ. non, cum ſolã obligationẽ uerbis inductam tollat, ut hic dr. Sed certe licet non poſsint tolli iure acceptilationis. ſ. obligatio iuriſgentium, & aliæ ciuiles, tñ poſſunt iure pacti etiam acceptilatione facta, ſecundum Io. ut ff. de reſcin. uen. emp. & l. cum emptor, Quod generaliter etiam dicebat M. ꝙ ubicunque fieret acceptilatio inutilis, ꝙ habeat uim pacti: & facit pro eo. ff. de pact. ſi unus. §. pe. ubi de hoc. At B. totum contrarium: & eſt pro eo ff. de accep. an inutilis. j. reſpon. & ff. de conſti. pe. l. j. §. eum qui. Sed nos dicimus idem quod M. ubi fuit inutilis ratione rei, ut dictum eſt. Item idem quod Bulg. ubi eſt inutilis ratione cõceptionis: & facit pro nobis ff. de acceptila. ſi acceptolatum.

Acceptilatio inutilis ra[tion]e rei [ua]let uim pacti ſecus ſi inutilis ſit ratione conceptionis ineptæ.

¶ Et eſt rõ, quia defectus formæ circũſcribit conſenſum, ſecus in defectu materiæ. ¶ Et latius quando acceptilatio inutilis ualeat in uim pacti, uide Alex. & Imo. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obli. & ſimilem glo. habes in d. §. pe. & in d. l. an inutilis.]

ADDIT. Et eſt rõ diuerſitatis, quia minus eſt peccatũ quod non prouenit ex propria culpa, ut in primo caſu, q̃ quod prouenit ex propria culpa, ut in ſecundo caſu. Io. Fab.

mus[a]) tantũ hæ ſoluuntur obligatiões, quæ ex uerbis conſiſtunt, nõ ẽt cæterę.[b] Conſentaneũ[c] enim uiſum eſt, uerbis factam obligationem aliis poſſe uerbis diſſolui. Sed & id, quod ex alia[d] cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui.[e] Sicut autem quod debetur, pro parte recte ſoluitur:[f] ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt. Eſt autem prodita ſtipulatio, q̃ uulgo Aquiliana appellatur: per quã contingit, ut omniũ rerũ obligatio in ſtipulatũ deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio. n. Aquiliana renouat omnes obligationes: & a Gallo Aquilio ita[g] compoſita eſt: Quicquid

c ¶ Conſentaneũ. & facit ad hoc infra eo. §. fin. & ff. de reg. iu. nihil tam & C. qñ lic. ab empt. diſ. l. ij. & ff. de pact. ab emptione.

d ¶ Ex alia cã. ſ. quã uerbis.

e ¶ Diſſolui. ſ. ipſum debitum. Et no. mirabilẽ proditionẽ. Nam cũ nõ paterẽt contractus alius tolli ſuo contrario actu. ſ. per acceptilationem, decipit, & deducit in quendam non prorſus contrarium actum, ut in ſtipulationem: quod eſt obligatorium: & ſic fit nouatio indiſtincte iure iſto, ut j. eo. §. præterea. & ff. de act. & obl. l obligationum fere. §. fin. & ipſa ſtipulatio patitur ſe tolli per acceptilationem, ut hic dicitur.

f ¶ Recte ſolnit. ſ. uolente creditore. Sed nunquid eo inuito debiti pars ſoluitur? Reſpon. aut confitetur de toto debitor: & tunc non põt ſoluere niſi totum, ut ff. de uſur. tutor. §. Lucius, quæ eſt huic contra. niſi uolenti creditori, ut hic dicitur. Aut diffitetur: & tunc pars confeſſata tantum recipietur ab inuito, ut ff. ſi cert. pet. quidam exiſtimauerunt. & hoc etiam caſu poteſt intelligi quod hic dicitur.

Solutio particularis an creditore inuito fieri poſsit.

¶ Hæc gl. communiter approbatur.] SYL.

g ¶ Ita cõpoſita eſt. i. his uerbis quæ ſequuntur, quicquid re &c. Et nota ꝙ non poteſt ſic legi, quin aliqua uerba ſint hic ſuperflua. Item nunquid unum ſolum ex his duobus ſcilicet dare uel facere, ſufficit. ſcilicet dare, cũ ſolum

quod erat dandū, in hanc ſtipulationē deducitur, ut infra ibi, tantam pecuniam &c. Reſpon. ſic, arg. ſupra de uerbo. obliga. §. ſed hæc ſolennia. & C. de don. l. fin.

a ¶ Dare. Vbi debet dn̄ium transferre, ut infra de actio. §. ſic itaque. & ff. de uerbo. oblig. l. ubi aīt non apparet. §. fina.

b ¶ Actio. In perſonā iat petitio in rem: perſecutio utriuſq; continet, ut ff. de act. & obl. actio in perſonam.

c ¶ Petitio. In rem.

d ¶ Ve. pro uel.

e ¶ Res. i. æſtimatio.

f ¶ Stipulatus. Nūc mutat perſonas. de ſecunda enim tranſit ad tertiam. Et no. ꝙ etiam realis actio deducitur in ſtipulationem facta rei æſtimatiōe: & ita ipſa pecunia ſiue rei æſtimatio deducitur in ſtipulationem & in acceptilationem. nam ipſa res non pōt, cum nemo rem ſuam poſſit ſtipulari ſibi dari, ut ſupra de inut. ſtip. §. j. Sed qūo deducam æſtimationem, cum non debeatur? Rn̄. Immo quaſi debita eſt: liberatur enim exceptione quaſi a rei uendicatione, ſi præſtat æſtimationem, ut ff. de rei uendi. eius rei. & l. ſeq. Si autem ipſam rem in acceptilationē deducam, ualet iure pacti, ſecundum B. ut diximus. ī. eo. §. in uer. quo genere. Accur. floren.

ADDIT. Tu dic, ꝙ quāuis actio realis nec obligationem, nec offi[illegible] iudicis præſupponat, ꝓſuppon[illegible] quaſi [illegible] æquitatē, ex qua dat̄ actio & [illegible] a qui-

† alias oportebitue. † alias deſunt hæc verba, aut ſub condōne. † alias abs te. Perſecutio cōtinet actionē & petitionē. † alias eritve. † alias qūve. † alias quāticūq; earū. † alias Ageri⁹. Actio realis ꝑt in ſtipulationem deduci.

te mihi ex quacunq; cauſa dare a facere oportet, † uel oportebit, præſens in diē ue, † aut ſub conditione: quaruncunq; rerum mihi tecum actio b eſt, quæque † aduerſus te petitio, c uel aduerſus te perſecutio eſt, † uel erit, † quodq; tu meū habes, tenes, poſſides, doloue d malo feciſti, quominus poſſideas: † quanticunq; earum rerum res e erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus f eſt Aulus † Augerius: ſpopōdit Numerius † Nigidius. † Item ex diuerſo Numerius Nigidius īterrogauit Aulū Augerium: Quicquid tibi hodierno die p Aquilianam ſtipulationē ſpopondi, id ne omne habes acceptum? Reſpōdit Aulus Augerius, Habeo, acceptumq; tuli.

¶ Interuē[illegible] p[illegible] æ olim [illegible] [illegible] ſtipula[illegible] mili[illegible] ſermul[illegible] ꝑſum[illegible] exp̄ſſe h[illegible]

¶ Præterea g † noua

tas nouat per acceptilationem. Ang.

¶ Præterea nouatione. [illegible] Non figuratur niſi literaliter, quia ponit tantum declarationem terminorū: itē quia eſt l. corrigens, quæ habetur pro rōne dubitandi: rō autem decidendi ponit hic per Iuſti. ad tollendas difficultates, q̄ apud antiquos or[illegible]tur. Nota ꝙ ꝓmiſſo[illegible] c[illegible]ius qđ alius debebat, ipſo iure obligat promittentē. Itē ꝙ [illegible] ex inut[illegible] obligatione fit nouatio [illegible] antiquæ o[illegible]ligationis efficacis. Item ꝙ ſi ſec[illegible]a obligatio ē pœnitus n[illegible]la, prima nō nouat[illegible] I[illegible] ꝙ [illegible] condōnalis ita demum [illegible] conditione exiſtēt[illegible] Item ꝙ [illegible] non fit nouatio niſi ex[illegible] e[illegible].

g ¶ Præterea. N[illegible] ſolum [illegible] acceptilatione, u[illegible]ctum e[illegible]

¶ Et quia doct[illegible] p[illegible] dicere [illegible] ꝙ naturalis obligatio [illegible] ciuile in hoc caſu. [illegible] ſtip[illegible] aduerte quia non [illegible] lis obligatio tollitur p [illegible] ſolennem ſtipulationem [illegible] dum eſt, ꝑ & [illegible]nālis [illegible] dat in ſtipu[illegible], u[illegible] tione, tn̄ ius ciuile uel [illegible] tio non tollit obligationē n[illegible] (a iure. n. ciuil[illegible] tolli non p[illegible] l. eas obligationes. de capi. dimi[illegible] tollitur [illegible]ulum naturale ex al[illegible] n[illegible], quod ineſt ipſi ſtipulatio[illegible] quia in ſtipulatione eſt c[illegible], & [illegible] et c[illegible] habet [illegible] naturale,

† alias Negidius. † Alias Quod Numerius Nigidius A Agerio [illegible] porr[illegible] id hea[illegible]ne a[illegible] [illegible] Numerius Nigidius. A. Agerii rogauit A Agerius Numerio Nigidio acceptū fec[illegible]t.

† Nouatio eſt prioris [illegible] [illegible]alem o[illegible] [illegible] obligatione uel ciuilem uel naturalem [illegible] [illegible] ff. de nouatio.

tione [a] tollitur obligatio: ueluti ſi id, quod tibi Seius debebat, a Titio dari ſtipulatus ſis. Nã interuentu nouæ [b] pſonæ noua naſcit̃ obligatio, & prima tollitur translata in poſteriorem: adeo ut interdum, licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: ueluti ſi id, quod tu Titio debes, a pupillo [c] ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fuerit: quo caſu res amittitur: nã & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio † nulla eſt. [d] Non [e] idem iuris eſt, ſi a ſeruo quis fuerit ſtipulatus: nam tunc

l.j.ff.de pact. itaque ius ciuile non tollit ius naturale, quia ſtipulatio inquantum eſt ſolennis contractus a iure ciuili introductus non tollit ius naturale: ſed inquantum eſt conuentio, quæ ab eodem iure naturali habet uinculum: & ideo ius naturale tollit ius naturale, nõ ciuile. & ita declares.]

a ¶ Nouatione. Si fiat p ſtipulationẽ, ut ſubijcit: ſiue per iudicium: ut ſi alius noĩe meo iudiciũ ſuſcipiat animo nouandi, ut ff.de ſol. l. ſolutionẽ. & ff.de in rem uerſ.ſi pro patre.& ff.de uerbor.obligatio.ſcire debemus. in fi. j. reſpon.

b ¶ Nouæ perſonæ. etiam ſi hoc non agitur, ut fiat nouatio iure iſto: hodie contra, ut infra eodem.§.uerſi. ſed cum.

c ¶ A pupillo. Qui naturaliter tenetur, ut ff. de noua.lege prima, in fin.ſi eſt maior infante: alias nec naturaliter, ut ff. de actionibus & obligat.l. pupillus.

S Y L. ¶ Et eſt ratio, quare quando ſequens obligatio eſt penitus nulla, non poteſt habere locum nouatio, quia ceſſat ſubiectum, in quod prior obligatio tranſfundatur.]

d ¶ Nulla eſt. Sed nũquid reſtituitur creditor in priorem debitorẽ? Quidam dicunt ꝙ ſic, ut C.de repu.l.j.§. j. & ff. de fideiuſ.l.ſi Titius.§.huic. quæ eſt cõtra.& quod hic dicit̃, Res amittitur.ſ. iure communi: ſed per reſtitutionem, ut dictum eſt. Alij, ut Pla. dicunt hanc in impubere (quaſi ſtulte acceperit hic creditor tã paruulum) illã in pubere loqui. Vel uerius, refert an minor iuuet̃, ut nõ teneat̃, p beneficiũ reſtitutionis: & tunc ẽt reſtituit̃ creditor in ueterem debitorem, ut ibi. An uero non reſtituatur, quia non eſt neceſſe, cum tantũ naturaliter ſit obligatus, ut ff.de noua. l. prima, in fi. & tunc nec creditor reſtituitur, ut hic: nec etiam tunc quando dolo creditoris minor fuit obligatus, ut ff. de fideiuſſ ſi Titius §. fin. (vnde huic doloſo non ſuccurritur: q̃a fruſtra legis auxilium ſuocat qui committit in legem, ut ff.de mino.l. auxilium.in fi. & l. ſi ex cã. §. nunc uidendum. & ad uelleia. l. ſi decipiendi.) Quod etiam in muliere diſtinguitur. nam reſtituitur in primũ debitorem actio, ea ſubducta p Velleianum, ut C.ad uelleia.ſi mulier. niſi fuerit dolo inducta, ut ff.ad uelleia.quidam.& d.l ſi Titius.in fi. At ſecus eſſet, ubi nulla eſſet ſecunda obligatio, ut in ſeruo ſubijcit̃, qui non põt ẽt naturaliter teneri fideiubendo, uel intercedendo quoquo modo, ut ff.de fideiuſ.ſeruus inſcio.& l.ſequ. Idem ẽt in infante dicã, qui ſecundo ſe obligauerit. Nã cũ nulla ſit, non tollit̃ prima, cum non habeat in quem tranſeat. Quidam tñ dixerunt nãliter ſeruũ teneri ẽt fideiubendo: quod falſum eſt: nam nec aliter tenet̃ niſi nãliter: cuius occaſione dñs tenet̃ de peculio: at hic non tenetur, ut ff.de pec.l.iij. §.ſi filiuſ.& facit ad hunc.§.ff. de fideiuſſ.ſi Titius.§.huic ſimilis.

¶ Et hæc gl.communiter approbatur, ſecundum Chriſto. hic: quod intellige, ut non obligetur naturaliter quo ad effectus naturalis obligationis: ſed quo ad ipſas obligationes eſſentialiter obligatur, quia inſpecto iure naturali eſt liber & habet conſenſum. l. prima. ff.de pact.]

e ¶ Nõ idẽ. Sed quæ eſt, ratio diuerſitatis inter hunc.§. & ſuperius rñſum? Rñ. quia ibi ſaltem naturalis obligatio

† Limita hoc dictũ, niſi pupillus promitteret pro eo, cui erat obligatus: nã tunc efficax eẽt eius obligõ, ſecũdũ gl. in. l. certi cõdictio. §. qm̃. ĩ uer. ſtipulatus ff.ſi cer. pet.

Seruus nõ põt S Y L. obligari fideiubẽdo.

fuit, hic nulla in ſeruo, ut ibi diximus. Item hoc ió, quia pupillus potuit obligari naturaliter & ciuiliter cum auctoritate tutoris: & per eũ.ſ. creditorẽ ſtetit: quare ſibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & poſterior non manet. Seruus autẽ nullius auctoritate pt obligari ciuiliter: ideoque non imputatũ.ſ. creditori: unde & actio prior durat.

batur expreſſe uel tacite, ut ff. eo. l. ij. & nouo iure, ſi id exprimatũ, ut infra eo. §. proxime: & in d. l. obligationum fere. nouum interueniebat. ſ. ſtipulatio pœnalis. & facit ad hoc ĩ. quib. mod. teſt. infirmẽ. §. j. & ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi ex conuentione. & §. ſed & ſi pignora.

prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus[a] fuiſſet. Sed ſi eadẽ perſona ſit, a qua poſtea ſtipuleris, ita demũ nouatio[b] fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatiõe noui ſit: forte ſi condõ, aut dies, aut fideiuſſor adiiciatur, aut detrahatur. Quod[c] autem diximus, ſi condõ adiiciatur, nouationẽ fieri, ſic intelligi oportet, ut ita dicamus factã nouationem, ſi cõdõ extiterit: alioquin ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed † cũ hoc quidem inter ueteres conſtabat, tunc fieri nouationem, cum nouandi[d] animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autẽ dubiũ erat, quando nouandi[e] animo uiderẽt hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alii in aliis caſib. introducebãt:[f] ideo noſtra proceſſit conſtitutio,[g] quæ apertiſſime definiuit, tunc ſolum nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: † alioquin & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere,[h] ut maneat ex

ADDIT. Dic ꝙ ſeruus non põt eſſe fideiuſſor alicuius niſi ex cã peculiari, ut l. iij. §. ſi filius fa. ff. de pec. Ang.

a ¶ Stipulatus. i. interrogatus. Stipulor. n. id eſt, interrogo ſecundũ Priſcianũ: ſic accipitũ. ff. de condi. inde. ſi non fortẽ. §. ſi decem.

¶ Hæc expoſitio non eſt neceſſaria, cũ poſsit referri ad interrogationem proprie: & ui. quæ poſui ſupra de uerb. ob. §. j. in gl. in uer. ſtipulantium.]

b ¶ Nouatio fit. Nota hic tria iura circa nouationem. Antiquiſsimum, ubi ẽt ſi nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio, ut ff. de actio. & obl. obligationum fere. §. fi. Item nouum, ubi nouatio præſumptiue fiebat, quoties noui quid interueniret: & ſemper intelligebatũ hoc agi, ut hic, & ff. de noua. l. ij. Itẽ tertium, qñ hoc expreſsim diceretur, ut C. de noua. l. fi. Vel dic tantum (& uerius) duo eſſe. Primo fiebat, ſi hoc agebatur

Stipulor ſignificat iter rogo. † alias qm̃ Nouatio triplici iure fit.

¶ Dic quod tria ſunt iura in hac mã conſiderãda ſecundũ prima opi. quæ cõiter approbatur ſecundũ Chriſto. hic. SYL.

ADDIT. Et no. ꝙ caſus, in qbus olim ex uerbis expreſsis inſurgebat tacita coniectura nouationis, hodie nõ corrigunturũ: quia ĩ illis fit nouatio ſaltẽ ope exceptiõis. Ang.

† l. ita qđ ſeqẽ nõ ꝓcedere in cõtractibus in cõpatibus [illegible] bus ipſo facto abſque aliqua expreſſione nouationis ĩtelligitẽ p poſſe ri[illegible] pactũ eſſe [illegible] [illegible] ut g [illegible] SYL. [illegible]

c ¶ Quod autem facit. ff. de nou. l. quoties.

d ¶ Cũ nouandi. expreſſe uel tacite.

e ¶ Quando nouandi. ſ. tacite.

f ¶ Introducebant. & alij in alijs [illegible] ut quia forte aliquid noui in obligatione erat adiectum, ut ſupra eo. §. uer. ſed ſi eadem.

g ¶ Conſtitutio. ut C. de nouatio. l. fi. Accur.

h ¶ Accedere. fit tñ exactio [illegible] ſemel de eodem, ut ff. de re. iu. bona fides.

¶ [illegible] Caſum non expedit figurare in regula natura[illegible] quæ h[illegible] ꝙ eodẽ uinculo diſſolu[illegible] q[illegible] quo c[illegible] gatum eſt l. nihil tã na[illegible] u[illegible]ale. ff. de re[illegible] iu. intellige ergo text. re integra, quia

tūc nudus conſenſus non reuocaret traditionē ſecutā uel pretiū ſolutum, ſed neceſſaria eſt retrotraditio. Tantū .n. deſtruit cōtrarius cōſenſus, quantum primo ædificatū erat a cōtrario cōſenſu, vt dicit glo.]

a ¶ Quę cōſēſu.ſ.ſolo. Sed quæ sūt hæ? Rń. numerātur ſupra de obli. ex cōſenſu. Itē in qbuſdā ex maleficio, vt nudo conſenſu etiā tollātur ipſo iure: vt iniuriarū. itē furti, & ſimiles, vt ff. de pact. ſi tibi æ.§. quædam actiones. (1) aliæ nō ipſo iure tollunt conſenſu, ſcilicet pacto de non petendo, ſed per exceptionem, vt ff. de pactis. l. ſi unus §. pactus.

utraq; cauſa obligatio ſecundū nr̃e conſtitutionis definitionem, quā licet ex ipſius lectiōe apertius cognoſcere.

¶ Cōtractus, q conſenſu cōtrahit, cōtrario cōſenſu re nō ſecuta diſſoluitur. Arte.

¶ Hec amplius, hæ obligationes q conſenſu[a] cōtrahunt, cōtraria uoluntate diſſoluuntur. Nā ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, ut fundū Tuſculanū emptū Seius haberet centū aureis: deinde re nōdū ſecuta. i. neq; ptio[b] ſoluto, neq; fundo tradito, placuerit inter eos, ut diſcederet ab ea emptione & uēdōne, inuicem liberātur. Idē eſt in conductione & locatione, & in oībus contractibus, qui ex conſenſu deſcendūt, ſicut iam dictum eſt.[c]

ADDIT. (j) Hoc verū intellige quo ad præiudicium partis non fiſci vel reipub. ſicut econtra princeps faciendo gratiam malefactori non tollit ius pœnæ quæſitæ parti. Angel.

b ¶ Neq; pretio ſoluto. Sed quid ſi partē pretij ſoluit? Rń. non eſt res integra: & ideo non receditur nudo conſenſu, ſed ita demū ſi hincinde facta ſit retrotraditio, vt C. quando lic. ab emptio. di. l. j. & ff. de pact. l. ab emptione & eſt ratio vtrobiq;, quia nil eſt tā cōueniēs naturali æquitati, quā eodē genere quodq; diſſolui, quo ligatū eſt, vt ff. de reg. iur. nihil tam Accur.

c Dictū eſt. ſupra eo. §. Et not. in fi. huius ti. x j. eſſe modos, per quos tollitur obligatio tā ciuilis quā naturalis ipſo iure, vt nullæ maneant reliquiæ. Per ſolutionē, vt ſupra eo. in prin. Itē per acceptilationem, vt ſupra eodē §. Item per acceptilationem. Itē per nouationem voluntariam, vt ſupra eo. §. præterea. Item per nouationem neceſſariam, vt per ſententiam, & conteſtationem litis: vt ſi alius meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi & liberandi me, vt ff. de noua. l. delegare. j. §. j. & l. aliam. Item per compenſationem, vt infra de act. §. pe. & §. in bonæ fidei. Item per delegationem, vt ff. de noua. l. delegare. j. rñ. Item per confuſionē debiti, vt ff. de fideiuſ. l. ſi debitori creditor. Itē p oblationē, (j) conſignationē, & depoſitionem, vt C. de ſolu. l. obſignatione, & etiā ipſo iure, vt ff. depoſiti. l. j. §. ſi pecunia. in fin. §. Itē per interitum ſpeciei, vt ff. de uer. obli. l. ſi ex legati. Item maleficio ſuo mora non præcedente, vt per conſtitutionē. l. ſi quis in tantam. Vel per edictum diui Marci, vt C. vnde vi. l. ſi quis in tantā. & ff. quod me. cauſa. l. extat. & ff. ad l. iul. de vi pri. l. pe. Item nudo cōſenſu qñq;, vt in hoc. §. item nudo pacto, vt in maleficijs. Sed & alijs modis tollitur non vtraque. ſ. ciuilis & naturalis, ſed interdū ciuilis tm̃, & remanet naturalis: vt p ſniam, vt ff. de cōdi. inde. l. Iulianus. Itē remanet ciuilis, & tollitur naturalis: vt per pactū, & chirographi redditionē, & iuſiurandum, vt ff. de ſol. l. Stichū. §. naturalis. Ipſa ēt ciuilis ſic eliditur, vt non habeat vigorē infra de excep. §. præterea. Itē ſunt & alij modi, quibus tollitur obligatio per exceptionē, quos habemus infra de except. per totum. Accur.

Obliga tio ciui lis ſola qñque tollit.

Obliga tio naturalis ſola quæ rol litur.

ADDI. (j) Intellige factam cōgruo loco & tempore: & ſola ſufficit in iudicio: idem extra iudiciū, ſi res ſit immobilis: alias ſecus, quia requirit conſignatio & depoſitio. Aug.

poſſeſſioniſve: [a] qđ lege [b] naturali † prohibitum eſt admittere. Furtum aũt † uel a furuo, id eſt nigro dictum eſt, ꝙ [c] clã & obſcure † fiat, & plerũq; nocte: uel a fraude: uel a ferendo. i. auferendo: [d] uel a Græco [e] ſermone, quo fures appellantur φῶρες. Imo & Græci † ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

¶ Hic ponuntur duo genera furtorum. Et fur dicitur manifeſtus, qui cum furto inuentus eſt, uel in loco priuato, uel publico, antequam perueniat ad locum deſtinatum pro reditu. & ex hoc facile cognoſcitur [illegible] nõ manifeſtus. Ar[illegible].

¶ Furtorum autem duo ſunt genera: manifeſtum: & † nec manifeſtũ. Nã conceptũ & oblatũ, ſpẽs [f] potius actionis ſunt furto cohærentes, quam genera furtorum: ſicut inferius apparebit. [g] Manifeſtus fur eſt, quẽ Græci † αὐτόφωρον appellãt: nec ſolum is, qui in ipſo furto deprehenditur, † ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo † furtum fit: ueluti qui in domo furtum fecit, & nondũ egreſſus ianuam deprehẽſus fuerit: & qui in oliueto oliuarũ: aut in uineto, uuarũ furtum fecit, quãdiu in eo oliueto aut uineto deprehenſus fuerit. Item ulterius furtum manifeſtum eſt extendendum, quamdiu eam rem fur tenens uiſus uel deprehenſus fuerit, ſiue in publico, ſiue in priuatum: uel a domino, uel ab alio, [h] antequam eo perue-

tit.§.furtum autẽ fit. Sed qualiter quadruplicatur hic? Reſpon. vſus æſtimatio tantum quadruplicabitur, ut non plus extendatur pœna quã delictum, vt C.de pe.l. ſancimus. & facit.ff. eod.l. vulgaris. & l.ſi quid fur. j.reſpõ. §.j. & §.ij. & l. verum eſt. Alij dicunt etiam ipſam ꝓprietatem debere æſtimari quia ñ poteſt ſeparari vſus a ꝓprietate, vt ff.eo. qui iumenta. & l.ſi vẽdidero. §. cum autem. Prima tamẽ verior eſt, vt no. in l.ij. C. de ſer. fug. ADDIT. Primam opin. quod vſus tantum quadrupletur, tenet gloſ. in l.ij. C.de ſer. fu. & ibi Cyn. & docto. & gloſ. in l.qui furtũ ff. de condi.fur. & iſtam opi. ſequitur Bar. in d.l. qui iumẽta. ff. eo. Aug.

a ¶ Poſſeſſionis. Ex hoc dico ipſam poſſeſſionem duplicari, cum aliud ſit pretiũ rei, aliud poſſeſſionis, vt ff.vti poſ. ſi duo.§.final. & ſubaudi, ꝙ hoc fecerit animo lucrandi, alias non eſt furtum, vt ff.eo l.j.§.j. Accurſius.

b ¶ Lege naturali.i. diuina vnde illud. Non facies furtũ &c. Item illud, Quod tibi non vis fieri. alij ne feceris.

¶ Reprehendit Bart. & alij ſeq. in l.ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. tamen ſaluat Fortu. in l.legitima. in xxij. colum. ff.de pact. de quo vide Deci. in l.penul. verſ. prima cõcluſio eſt C.de pact.]

c ¶ Quod. i. quia.

d ¶ Auferendo. Quia fur aufert.

e ¶ A greco. phor grece, dicitur fur latine & phores. i. fures: & epautophoro. i. manifeſtus fur ſcilicet qui cũ re deprehenditur: & eſt indeclinabile. Nam apud Græcos aduerbium eſt.

¶ Furtorũ aũt. C[illegible] In.§. diuidẽte & declarãte furtorum ſpecies ſeu genera, & corrigente & ſeu magis exponente ius iam abrogatum, nõ eſt figurandus niſi literaliter: & nota. ſatis colliguntur ex ſummario.]

f ¶ Species. ideſt caſus.

g ¶ Apparebit, vt infra eod.§.conceptum. & oblatum.

h ¶ Ab alio. per hoc videtur infringi regula, per liberam perſonam nihil acquiri, vt C. per quas perſo. no. acqui. l.j. quod falſum eſt, quia magis ex delicto

* † Sic Iuſtin⁹ Nullũ crimen apud Scytas furto grauius, q iure naturali tñ vetebãtur.

* † Vide in hunc locum A. Gel. lib.j. c. xviij.

† alias fit.

† alias ab eo quod ẽ ferre, φῶρας dixerũt.

* Hoc ex uerbis l.xij. tabu. ſumptũ eſt. Aug. olim. n. nec ꝓ non dicebãt: qđ annotauit Bud. in l. nec manifeſtũ ff. e.

Expõ greci.

† alias ἐπαυτοφώρῳ. Alc. uero [illegible].

¶ Præter.ti. & furtis, legit. κλέπτην φανερόν.

* † Vide ad hunc locum A. Gel. libr. xj. c. xviij.

† alias furtum factum ſit.

L[illegible] p[illegible] alij [illegible] acq[illegible]

nerit, quo deferre vel deponere[a] deſtinaſſet. Sed ſi pertulit quo deſtinauit, tametſi deprehendatur cũ re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Nec [b] manifeſtũ furtum quid ſit, ex iis, quæ diximus, intelligitur. nã quod manifeſtum nõ eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.

¶ Actiones furti cõcepti, & furti prohibiti, & furti nõ exhibiti, receſſerunt ab vſu. Et qui ſcienter rem furto ſubtractam recipit & occultat, tenet̃ furti non manifeſti. Ang. Are.

¶ Conceptũ † furtum dr̃, cum apud aliquẽ teſtibus præſentibus [c] furtiua res quæſita & inuenta ſit. nam in eum propria actio conſtituta [d] eſt, quamuis fur non ſit, quæ appellatur concepti. ¶ Oblatum furtum dr̃, cum res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit Vtique ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quàm apud eũ, qui † dedit, conciperet̃. nã tibi, apud quem concepta ſit, propria aduerſus eũ qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quę appellatur oblati.

¶ Eſt ẽt prohibiti furti actio aduerſus eũ, qui furtũ quærere teſtibus pręſentibus volentẽ prohibuerit. ¶ Præterea pœna conſtituit̃ edicto Prętoris ꝑ actionem furti non exhibiti, aduerſus eum, qui furtiuã rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit.

¶ Sed hæ actiones, ſcilicet concepti, & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in deſuetudinẽ abierũt. Cum enim requiſitio rei furtiuę hodie ſecundum veterem obſeruationem non fiat [e] merito ex cõſequentia [f] ẽt præfatæ actiones ab vſu cõi receſſerunt: cum manifeſtum ſit, ꝙ oẽs, qui ſcientes rem

licto ſuo proprio q̃ alterius facto hoc euenit, ut ff. de uſur. l. ſi quis ſolutioni. §. fi. & ff. quod ui aut clam. l. prohibere. Et ſunt hæc uera niſi in caſu. ſ. cum ſe occultauit ille, cui fiebat. Nam licet fur uiſus fuerit, tñ eſt fur non manifeſtus, ut ff. de fur. l. ſi quis in ſeruitute. §. cæterum.

SYL. * ¶ Adde ꝙ ſolus uiſus nõ ſufficit, ut q̃s cẽſeat̃ eſſe fur manifeſtus: ita t₃ Bart. in l. ſi uendidero. §. cum raptor. ff. e.]

a ¶ Deponere deſtinaſſet. Intell (ſecũdũ H.) ut ſi ultra montes perferre deſtinaſſet, tñ ſi deprehẽdat̃ ante, erit fur manifeſtus.

SYL. ¶ Dic tñ ꝙ in ſeq. caſu, qñ. ſ. ꝑtulit iam licet nõ dicatur manifeſtus fur, eſt tñ fur, & furti actione tenet̃. quod tñ non ꝓcederet in honeſta ꝑſona, ut declarat Decius in l. qui accuſare. in ij. col. C. de eden.

* † Vide ad hũc §. Aul. Gel. lib. xi. cap. viij. & Alc. li. v. Par. c. viij.

b ¶ Nec manifeſtum. ſ. quia contrariorum eadẽ eſt diſciplina, ut ſupra de iis qui ſui uel alieni iuris ſunt. §. j. & facit ad hunc §. ff. eo. l. ij. iij. iiij. v. vj. vij. & viij.

Diſciplina eadem eſt contrariorum.

c ¶ Conceptum. Teſtibus præſentibus. No. quòd magis dicitur notus ille, qui præſentibus teſtibus in delicto deprehẽditur. facit lex hæredes palã. in principio. ff. de teſtamen. Angelus.

Iſta gl. non eſt Accur.

† alias dederis

d ¶ Conſtituta eſt. ſ. olim

e ¶ Nõ fiat. Immo fit, ut ff. de ſer. fugi. l. j. §. hoc aũt. Sed illud eſt ſpeciale in perſona ſerui.

SYL. ¶ Hæc uera ceſſantibus indicijs: nã his cõcurrẽtibus fit, ſecundũ Bart. in l. requirẽdi. C. de ſer. fug.]

f ¶ Ex conſequentia. Hæc non eſt ſemꝑ bona cõſequẽtia, ut ſublata ſolẽnitate iõ id tollatur, quod cũ ſolẽnitate fit, ut ſupra de uerb. obl. §. ſed hæc. & C. de form. & impe. ac. ſub. l. j. & ij. Accur.

a ¶ Pœna manifeſti. q̃ eſt de iure prætorio, ut. j̃. de perpe. & tem. ac. §. j.

SYL. * ¶ Adde ſecundum Iaſ. in. §. ſed iſtæ col. xxij. j̃. de act. φ iſtę pœnæ non debentur in foro conſcientiæ.]

credidiſſe dñm uoluiſſe, præſertim cum uerba diffinitionis uideanť uerificari. Cinus contrariũ dr̃, quia imnio uerba diffinitionis non conueniunt pp illud uerbũ, fraudulosã. neceſſe eſt aut φ ex pbabilibus cauſis credat ut declarat gl. in uer. permiſſurum.]

b ¶ Ex ſerui. hoc tamẽ caſu ſeruus pro noxa dari poterit, ut j̃. de noxa. actio. in prin.

c ¶ Nec manifeſti. ſ. quę deſcendit ex l. xij. tab. ut j̃. de nox. §. ſunt aũt. Sed quare minor pœna iure. l. xij. tabu. imponiť q̃ per prætorẽ? Rñ. quia maius delictũ eſt, ut. j̃. tit. pro xi. in princ. pterea tpe legis. xij. tabu. pauperiores erãt homines unde minores pœnæ imponebantur, ut infra de iniur. §. pœna.

d ¶ Dupli. niſi ĩ caſu, vt C. de ſer. fu. l. mancipia.

* †Quam varie pœnę ſtatute fuerint ĩ fures, lege A. Gel. li. xj. cap. xviij. Prætor plus punit quã l. xij. tabu.

* †Ad oĩa infraſcripta exẽpla uide A. Gel. li. vij. cap. xv.

furtiuam ſuſceperint & celauerint, furti nec manifeſti obnoxii ſunt.

¶ Pœna [a] manifeſti furti quadrupli eſt, tam ex ſerui [b] quàm ex liberi pſona: nec manifeſti,[c] dupli.[d] †

¶ Contrectatio rei alienæ inuito domino furti actioné parit. Ang. Aret.

¶ Furtũ aũt fit, non ſolum cum quis intercipiendi cã rem alienam amouet, ſed generaliter cum quis alienam ré inuito [e] domino contrectat. † Itaq; ſiue creditor pignore, ſiue is, apud quẽ res depoſita eſt, ea re utatur: ſiue is, qui rem utendam acceperit, in aliũ vſum eã transferat, quàm cuius gratia ei data eſt, furtũ committit: ueluti ſiqs argentũ vtẽdum acceperit, quaſi amicos ad cœnã inuitaturus, & id peregre ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtãdi [f] cauſa cõmodatum ſibi, longius aliquo duxerit: quod ueteres ſcripſerunt de eo, q in aciem equum perduxiſſet.[g]

¶ Contrectans rem, quã contrectare credit probabiliter dñi uoluntate, furti non tenetur. Aret.

¶ Placuit tamẽ eos, qui rebus commodatis aliter uterẽtur, q̃ utẽdas acceperit, ita furtũ cõmittere, ſi ſe intelligant [h] id ĩuito domino facere, eũq; ſi intellexiſſet, non permiſſurũ, at ſi permiſſurũ [i] credant, ex

e ¶ Inuito dño. Et qñq; uolente, ut ĩfra eo. §. unde illud. Ac.

f ¶ Geſtandi cã. i. ducẽdi.

ADDIT. No. cõtra illos, qui accipiunt in cõmodatum equum uſque ad uillam, & poſtea ducunt eũ Bononiã: tunc furtũ cõmittunt. Ang.

* ADDI. Geſtari hoc loco eſt, uel uoluptatis gratia, uel ualetudinis, ſella geſtatoria aut lectica portari.

g ¶ Perduxiſſet. Idem eſt & ſi alij cõmodauit. ſpẽs. n. furti eſt de alieno largiri, ut ff. e. ſi pignore. §. j.

SYL. ¶ Furtum aũt fit. Caſus. Ita figurari põt in ſecunda parte: (prima. n. clara ẽ, quia ex uerbis diffinitionis decidebať) uidebatur, φ contrectans inuito dño, dato φ neſciret id fieri inuito domino, uel crediderit cõtrarium, oĩno deberet furti teneri: rõ eſt, quia cũ actio ipſa oriatur ex re, non aũt ex uoluntate & conſenſu, ut dictum eſt, non uť attendendũ niſi quod eſt in ueritate, non aũt quod ſit in opinione aut credulitate contrectantis: alias. n. eſſet aperta uia fraudibus: ſemper. n. poſſet furans dicere ſe

h ¶ Placuit. Intelligant. Et eſt ratio, quia uoluntas diſtinguit maleficia, ut ff. eo. qui iniuriæ. in ſ. j. reſpon. & facit C. ad l. Corn. de ſica l. j. & ff. ſi cer. pe. l. quod te. patet in c. cum uoluntate. extra de ſent. excom.

* ¶ Quod ait intelligãt ita accipiendũ eſt, ut idem ſit & ſi id intelligere deberent, ſecundũ Au. G. li. xj. c. ult. ad fi.]

i ¶ Permiſſurũ. Quid ſi hoc credidit, ſcilicet dominũ pmiſſurũ, ſed ſtulte cre

Furtum facit q de alieno largitur.

Maleficia uoluntate SYL. diſtinguunť.

debat? Rñ. furti non tenetur, cũ nõ fiat furtum abſq; affectu, ut hic ſubiiciẽ, & ſupra de uſuc. §. item ſi is. & facit ff. de fur. l. inter oẽs. §. recte. ſed actione ex eo contractu, ut commodati, uel ſimili bene teneẽ, ut ff. e. l. qui re ſibi cõmodata. ſed ſecus ſi ſtulte opinor te ꝑmiſſurũ rem tuam accipere, ut ff. de fur. qui uas. §. uetare.

SYL. ¶ Declara hoc uerũ, qñ ab initio habuit domini uoluntate: alias eſt præſumptio iuris contra ſurẽ. & niſi doceat, qualiter iure credidit, teneẽ furti. & ita alias cõſului & obtinui.]

ADDIT.

* An autẽ & qñ ſteẽ aſſertiõi alicuius in dependentib⁹ ab eius aĩo, uide Angel. in. §. ſed iſte. j. de act.

a ¶ Nõ cõmittiẽ. Niſi ĩ duobus caſibus, ut dixi ſupra. §. j.

SYL. ¶ Sed & ſi credat. Caſus. Poniẽ in text. & ratio ſuæ deciſionis ponitur ibi, tamen conſilium corruptoris. ubi reſpondeẽ rationi dubitandi. aſſignat & aliam rationem ibi, ne ex huiuſmodi impunitate. No. ſummariũ. Itẽ ꝙ conſiliũ tendens ad perniciẽ alterius puniẽ. Item not. ꝙ hic puniatur affectus. quamuis non ſequatur effectus.]

b ¶ Fieri. ut furti actio naſcaẽ: furtum tamen fit, ſecundum quoſdã. Sed certe immo nec furtum fit, ut ff. eod. l. inter oẽs. §. pen. SYL.

tra crimen uideri, optima ſane diſtinctione: quia furtum ſine affectu furandi non committitur.[a]

¶ Contrectans rem domini uoluntate, licet credat dominum inuitũ, furti nõ tenetur: niſi in uno caſu ſ. in corrumpẽte ſeruum alienum. Ang.

¶ Sed & ſi credat aliquis inuito domino ſe rem commodatã ſibi contrectare, domino aũt uolente id fiat, dr̃ furtum nõ fieri.[b] ¶ Vnde illud quæſitũ eſt, cum Titius ſeruũ Mæuij ſollicitauerit, ut quaſdã res domino[c] ſurriperet, & ad eũ[d] perferret: & ſeruus id ad Mæuiũ pertulerit:[e] Mæuius aũt, dũ uult Titiũ in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſeruo quaſdã res ad eũ ꝑferre: utrũ furti, an ſerui corrupti iudicio teneaẽ Titius, an neutro? Et cum nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorũ prudentium ſuper hoc altercationes ꝑſpeximus, quibuſdã neq; furti, neq; ſerui corrupti actioné præſtãtibus, quibuſdam furti tantummodo: nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes per noſtram deciſionem[f] ſancimus, † non ſolum furti actionem,[g] ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licet[h] n. is ſeruus deterior a ſollicitatore minime factus † ſit, & ideo non concurrant regulæ,[i] quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem[k] probitatis ſerui introductum eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus.

c ¶ Domino. Scilicet Mæuio. Accur.

d ¶ Et ad eũ. Scilicet Titium.

e ¶ Pertulerit. i. domino hoc renũciauerit, ut C. de fur. l. ſi quis ſeruo alieno.

f ¶ Deciſionem, ut C. de fur. & ſeruo corrupt. l. ſi quis ſeruo alieno.

g ¶ Furti actionẽ. Speciale eſt qđ hic dr̃: alias non fit furtũ uolẽti, ut ſupra proxi. §. & ff. de don. inter uir. & uxo. l. de eo. in fi. quæ eſt contra. Sed videẽ ꝙ nec hoc caſu debeat eſſe ſpeciale, ut C. de ſeruis fugitiui. l. quicunq;. §. fin. Sed ibi incępit malitia a domino, hic autem ab ipſo corrumpente.

h ¶ Licet. i. quamuis.

i ¶ Regulæ. Quas regulas habemus. ff. de ſer. corrup. l. j. in princ. & per totum tit.

k ¶ Perniciem. i. deſtructionem.

† Quid aũt in filiofam. uxore uiro, uel monacho corruptis, an habeat locũ pœna iſtius. §. dic ut ꝑ Angel. hic. Furtum nõ fit uolenti.

† alias eſt.

ruptus: ne ex hmôi impunitate a & in alium ſeruũ, qui facile poſſet corrũpi, tale facinus a quibuſdam b perpetretur.

¶ In filijs in poteſtate poteſt et furtum committi. Aret.

¶ Interdũ et liberorũ hominũ furtũ fit: c ueluti ſiquis liberorum noſtrorũ, qui in ptãte noſtra ſunt, ſurreptus fuerit.

¶ Debitor, qui ſurripit rem pignoratam creditori, furti tenetur. Aret.

¶ Aliquando aũt et ſuæ rei furtum quis cõmittit: ueluti ſi debitor rem, quam creditori pignoris cauſa

a ¶ Impunitate. ſic infra tit. j. §. quia tñ. ib; ſed ne dum talia. Accur. Flor.

Pœna unius & metus multorum.

b ¶ Quibuſdam. Item & ut unius pœna ſit metus multorum, ut C. ad. l. iul. repe. l. j. Et no. in hoc. §. puniri affectum, & ſi non ſequatur effectus. ſic C. de epiſ. & cle. l. ſi quis nõ dicam. & C. de iis qui ad eccle. confu. l. præſenti. Argum. contra ff. de pœn. l. cogitatiõis. Sȝ certe hęc cogitatio iã deuenerat ad aliquem actum: vnde non erat nuda. Accur. Flo.

Affectus punitur, & ſi nõ ſequatur effectus.

SYL. * ¶ Adde ꝙ quibus caſibus punitur affectus ſine effectu, non eadem pœna punitur, ſed leniore, ut late Tho. Gra. in deciſi. ij. & lxxiiij.

ADDITIO. Tu dic circa iſtam materiam, ꝙ aut quis non cogitat delinquere, nec agit, nec perficit: & regulariter non tenet. fallit in caſu l. quiſquis. C. ad. l. iul. maie. & l. ij. C. de lib. & eo. libe. Aut cogitat tñ: & iure poli punit, non fori. Aut cogitat & agit, ſed non perficit: & tunc ciuilis actio non datur, niſi delictum de facili tranſeat in exemplũ, ut hic. In criminali aũt diſtingue, quia pro delicto acceſſorio (puta q̃ frégit oſtium uel feneſtras) punitur, non pro principali, niſi proceſſerit ad actum proximũ ipſi delicto, quod ex facti impedimento non perfecerit. Aut egit, & perfecit, ſed non cogitauit: & tunc ſiue culpa id euenerit, ſiue caſu, ſemper tenetur: dummodo culpa præceſſerit caſum: mitius tñ punitur quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quando aũt agit, cogitat, & perficit, clarum eſt ipſum fore puniendum: nec eſt locus pœnitentiæ. l. qui ea mente ff. eo. fallit in l. j. ff. de cri. ſtel. Aret.

SYL. ¶ Interdum etiam &c. Caſus. Ratio dubitandi erat, quia liber homo, q̃uis ſit in poteſtate patris, non tñ eſt in dominio patris: ideoq; non põt dici contrectatio rei alienæ, quia nõ eſt res alienæ: item nec inuito dño, cum non ſit dominus: & ideo ubi non uerificant uerba diffinitionis, ibi nec diffinitum. l. j. ff. de dol. ſed contrarium dr, ꝙ quamuis non habeat dñium uerũ, tñ ad ipſum recuperandũ ꝓditæ ſunt actiones ac ſi eſſet in dñio ipſius. l. j. §. j. ff. de rei vẽdi. Iõ nimirum ſi datur furti etiã.]

c ¶ Furtũ fit. Non rõne dominij ſed maleficij. Et ideo ex hoc maleficio non ciuiliter, ſed criminaliter agitur. Nam cum ſit liberum corpus, non recipit æſtimationẽ, ut infra de obliga. quæ ex quaſi delicto §. j. uerſi. ob hominem. criminaliter autem extra ordinem agetur, ut ff. eo. l. fi. & de priua. deli. l. fi.

Corpus liberũ eſt inæſtimabile.

SYL. ¶ Hæc glo. reprobatur, quia loquitur contra hunc text. qui dicit, furtum fit, unde dic ut in figuratione caſus.]

¶ Mater uero non agit. ſed & parens non agit conditione furtiua, cum ipſa ad poſſeſſionem uel proprietatem cõpetat: quorum neutrum in filio habet locum, ut ff. eo. l. eum qui. §. ſi filius. & l. mater. in prin. & §. liberarum. & ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. §. fin. & ff. de rei uen. l. j. §. per hanc.

Condĩ furtiua ad poſſeſſionẽ uel proprietatẽ competit.

d Et idem in ſequentibus caſibus tribus. & facit. C. de bo. ma. l. j. unde ſic libellum formabat: Peto talem rem, quā poſſides, & quam emi, uel alia ſimili iuſta cauſa habui a non domino quia dico me uſucepiſſe. Nam licet hæc uerba, quia dico me uſucepiſſe &c. directam rei uendicationem magis uideantur inducere, tamen ex adiunctis publicianam ſignant. Alii dixerunt ita eſſe formandum: Peto rem talem, quam dico meam: ſed quia forte non poſſem probare meam, propono publicianam. † Alii dicunt utranque alternatiue proponi, ſcilicet rei uend. & publ. hoc modo: Peto talem rem iure directi dominij uel quaſi. & hanc approbat conſuetudo. Sed certe due primæ non placēt: quia quomodo diceret rem ſuam ſe uſucepiſſe, cum hoc non ſit uerum? ſic enim peieraret in ſacramento calumnie, ut C. de ſacram. calum. l. ij. Sed illi reſpondent: quia hoc facit l. permittente, unde non j eierat. ff. qui ſatiſda. cog. l. fin. Sed nec ultima placet: quia unam debet eligere, & non pluribus agere actionibus, ut ff. de regu. iur. l. nemo. §. quoties.

†Dic ꝙ iſtas duas libellādi formas gl. ī. reprobat & bene ſecundū doct. & maxīe reꝓbat iſtā ultimā: qa hodie ñ ē neceſſe, ꝙ exprimat nomen actionis in libello ut in cap. examinata.

¶ Et iſte modus approbatur per Hiſp. Ang. & Iaſ.

¶ Dic ergo quarto eſſe formandum in hunc modum libellum: Peto rem talem mihi reſtitui iure quaſi dominii, petin de ac ſi uſucepiſſem. Verbum enim, quaſi, poſitum. ī. eo. §. aliæ. hic repete, & ſimilitudinarie ponatur nō affirmatiue: ideſt dicere, ſicut uendicarem quo ad effectum re uere uſucapta, ita nunc quaſi uſucapta. & in ſequentibus caſibus. Ex prædictis patet, ꝙ quinque ſunt neceſſaria ut det publiciana. ſ. traditio, uel quaſi: quod dico propter res incorporales, quæ tradi non poſſunt, ut ff. de acqu. rer. dom. l. ſeruus. §. incorporales, & ff. de publici. l. j. & l. eū qui. §. ſi. & l. ſi ego. §. j. Secundo, ꝙ ex titulo apto ad mutationem domini i, ut hic dicit, ut ex uenditione, uel ſimilibus. Itē ꝙ a non domino acceperit: nam alias dominium eſſet tranſlatum, ut ff. de public. l. j. §. j. ibi a non dño. Itē quarto, ꝙ bona fide acceperit: unde credidit ſe dominum factum eſſe tunc, † ut ff. de publici. l. eū qui a furioſo §. prætor. Quinto, ꝙ credat ſe dominum hodie non eſſe, cum proponit eam: alias eſſet ſibi cōtrarius. Sed tñ duo prima ex his quinque ſunt difficilia agenti: ſcilicet probario traditionis, & tituli: reliqua conſiſtunt in intellectu agentis, cum ſint de ſua conſcientia, quæ per teſtes probari non poſſunt. † Sed quid ſi dubitat hodie utrū actor fuerit dominus uel non? Reſpon. ſalua fide proponat quod ſibi melius uidetur, uel rei uendic. uel pub. ſed quando pœnitus eſt in dubio, proponat publicianam, & in ea obtinebit: niſi aduerſarius probet actorem huius dominum fuiſſe: quod ſi probet, dabitur ei rei uendicatio. qui enim egit actione publiciana & ſuccubuit, non repellitur a rei uendicatione directa. idē econtra, ut ff. de euict. minor. §. ſi ſeruus. licet quidam dixerunt contra in utroque caſu: quia ius ſuum undecunque & qualecunque in primo iudicio deduxiſſe uidetur, ut ff. de except. rei iudi. l. mater. §. eandem. Sed expone undecunque & qualecunque. i. ſiue de iure ciuili, ſiue de iure gentium, dummodo directum, ut ff. de rei uendica. in

de iud. Ang.

†Dic ꝙ requirit contractu emptionis duobus tpibus. ſ. tpe contractus & tpe tradōnis, propter frequentiā contractus. In alijs aut contractibus ſpicitur tātūmō tpˢ tradōnis. l. iij. ff. ꝓ ſol. & l. ij. ī prī. & ibi gl. ſi. ꝓ emp. cō iūcta l. iuſto. §. & ſi poſſeſſiōis ff. de uſucap. Ang.

*

† Vide de hoc ſingulari dicto Iaſ. hic xxiij. colū. & Sozin. reg ... ī nouiſ.

rem.in princ. At illi dicebant, ſiue directum, ſiue utile. & ita patet, ꝙ cum ſint contrarię rei uendicatio directa & publiciana, uno libello proponi nõ poſſunt, ut C. ſi ſer. extero l.j. Sed ex conſuetudine contrarium ſeruatur: nã utraq; ſimul proponitur, licet ſuper una probationes tantũ inducat ne ſibi contrarius ſit: quod certe eſt contra dictam l.C. & regulam illam. ff. de reg. iur. nemo. §. quoties. & hoc ex parte actoris. Ex parte aũt rei ſpectamus, an poſſideat uel dolo deſierit poſſidere, ut in rei uendicatione diximus: nam contra omnem poſſidentem datᷓ præterquam contra dominum, ut ff. de publ. l. pe. & l. fin. Sed etiam contra dñm

† Iſtam gl. uſq; ad fi. ſequũtur Ni. Dy. Fa. Angel. & Iaſ.

datur in ſex caſibus. † Primus eſt, ſi a non dño emi, qui poſtea uero domino ſuccedit, & ad eum poſſeſſio redierit: nam licet ſit factus dñs, tenetur in publi. ut ff. de rei ueud. ſi a Titio. Secũdus eſt, ſi rem a non dño emi, & poſtea uerus dominus uoluerit a me uendicare, ſed ego fui abſolutus, & poſtea res ad illum rediit, agam publicia. & ſi excipiat de dominio, ego replicabo, quia qñque eo agente fui abſolutus, ut ff. de excep. rei iud. ſi quis rem. Tertius eſt, ſi ego noxaliter contra bon. fid. poſſeſſer ui, & ipſe dedit mihi eum pro nox. ſiue enim contra me poſſidentem uerus dominus agat, ſiue eo poſſidente ego agã publicianam, obtineo, ut ff. de noxa l. & generaliter, & l. præcedenti. in fi. Quartus eſt, ſi ego fui miſſus in poſſeſſionẽ uicinæ domus, quam aliquis bona fide poſſidebat, poſſeſſore non cauente: & poſtea uerus dominus inueniatur poſſidere, ui forte: & unde ui interdictum, & publicianam habeo, ut ff. de damno infect. damni. §. non ſolum. Quintus ẽt adijcit: ut ſi rem poſſideo, & eam non dolo, ſed culpa deſij poſſidere: & ſic litis æſtimationem tantum ſecundum ius uendicanti præſtiti, ut ff. de rei uendic. qui reſtituere. ſi poſtea res ad dominum redeat, agam publicianã contra eum, ut ff. de rei uendi. ſi culpa. Vel expone. l. illam, ut habeat utilem actionem, quam actor directam habebat, quaſi nomen emiſſe uideatur. Sextus adijcitur, ſi me mandante rem meam uendidiſti, ſed me prohibẽte tradidiſti emptori: hac actione uel exceptione defendit. ptèrea & contra me dominium hac actione agitur, ut ff. de publi. ſi quis prohibuit alias eſt l. Papinianus.

qm̃ primum a Publicio ª Prætore in edicto propoſita eſt.

¶ Præſenti contra abſentem reipub. [illegible] cã, uel [illegible] [illegible] [illegible]

ADDIT. Nota hanc glo. quæ ponit caſus, in quibus datur publiciana contra dominum. Idem notat gl. in l. fin. ff. eo. Et aduerte, quòd licet Ang. in d. l. fi. addat caſum legis ſi quis prohibuit. ff. eo. ſecundum lecturam Dyn. ibi, ꝙ procurator uendidit rem domini, tamẽ nõ eſt opus ꝙ addatur: quia habes hic glo. ordinariam, dum dicit: ſextus adijcit, ſi me mandante rem meam uendidiſti. pondera ibi, meam, & ſic mandantis. Angel.

* ADDIT. Quod autem dicitur Publiciana dari quaſi domino, ſic intellige, quod quaſi dominus dicitur nõ qui ferme dominus eſt, ſed qui perinde habetur ac ſi dominus eſſet eodemq; iure utitur, quo ſi dominus eſſet, uteretur. Hæc ex Franc. Hot.

a ¶ A Publicio. Sicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta, ut ſupra ad l. aquil. §. capite. iij. in fi.

¶ [illegible] ¶ Iſte. §. diuidit in duas partes. Primo ponit de reſtitutione danda præſenti contra abſentem. Secundo addit & extendit ad alios multos caſus. Secuuda ibi (Quod genus.) Diuiſio

¶ Rurſus ex diuerſo. [illegible]. Ita figurari poteſt. Quæſitum eſt, an præſenti contra abſentem ex cauſa publica deᷓ reſtitutio, & actio ad uſucapionem reſcindendam: & uidebatᷓ ꝙ non: nam aut iſte abſens reliquit procuratorem aut alios conſanguineos, quos præſens conuenire poſſet: aut non: ſi dimiſit, non debet iuuari hoc remedio, cũ poſſet agẽ do cõtra eos preſcriptionẽ interrũpere SYL.

l.item ait.§.fin.cum l.ſeq. ex qui. cau. ma. Aut nullos dimiſit, & tunc non debet audiri, quia potuit præſcriptionem interrumpere beneficio.l.ut perfectius C.de anna. except. Hoc tñ non obſtante deciditur hic contrariũ propter æquitatem, quæ eſt ꝙ impeditus conſequi ſuum reſtituat, & reſcindat uſucapio finita. Non obſt. opp. facta, quia ad eam reſpondet Iaſon hic in primo nota. & latius Hiſpa. in iij. Et quia notabilia clara ſunt, & ꝑ doct. hic colliguntur, ulterius non inſiſto.]

¶ Rurſus [a] ex diuerſo, ſi qs cũ reipublicæ

a ¶ Rurſus ex diuerſo.i.ecõtrario. Nã ſupra affirmando & ſe uſucepiſſe dicit: hic negando, & aduerſarium non uſucepiſſe dicit.

b ¶ Reipublicæ ſcilicet ciuitatis romanæ, ut ff.de uerbo.ſignific.eum qui. Idem tamen ex generali clauſula poſita.ff.ex quib.ca.ma.l.j. in fi. in cæteris ciuitatibus dicendum eſt, ut ff.ex qui. cau.man. l. ſed & ſi per prætorem.§. penulti. Idem etiam ſi cauſa municipii alicuius,(j) ut ff. ex quib. cau. ma. l. legatis.

SYL. ¶ Et iſta opin.communis eſt, ut per do ct. hic, & latius Ioan.Franc.Bal. in tra cta.præſcrip. in.iij.par.v.par. princip. quæſtio.ij.]

ADDIT. (j) Dic idem, ſi eſſet abſens pro facto unius uil æ uel caſtri, quia largo modo dicitur abeſſe cauſa reipubl.ut not.glo.in l.legatis. allegata infra Ang.

c ¶ Abeſſet. Alias abſens eſſet. Iſte, q abfuit reipublicæ cauſa, rem præſentis duobus modis potuit uſucapere. ſ. per ſe: ut quia rem illam ſecum detulit, ſiue domi dimiſit, & animo poſſedit: ut dicitur de eo, q ad nundinas profectus eſt, ut ff.de acq.poſſ.clam poſſid: te.§. qui ad nundinas. Item per alium, ſcilicet per filium uel ſeruum, ut ſtatim in captino dicemus.

d ¶ Vel in hoſtium. Qui ſunt hoſtes, dicitur.ff.de cap.hoſtes.& ff. de uerb.ſi gni.hoſtes.ſ. quibus populus romanus bellum indixit, uel qui populo romano bellum indixerunt. Si ergo ab alio quis capiatur, nunquid hoc locum habebit quod hic dicitur? Credo ꝙ ſic: † ſicut qñ abeſt cauſa alicuius ciuitatis uel municipij, ut ſupra dictum eſt: In hoc autem differunt: quia non fiũt ſerui talium hoſtium, ut ff. de cap. hoſtes. & ſic poterit facere teſtamentũ, quod alias nõ poſſet, † cũ eſſet ſeruus: immo & eius obſes non poſſet, ut ff.de teſtam.l.eius qui. & l. obſides. Accur.

b cã abeſſet, [c] uel ĩ hoſtiũ [d] ꝑtãte [e] eſſet, rẽ

ADDITIO. Idem ſi princeps uel papa ſiue eius legatus de commiſsione papæ alicui ciuitati ſubditæ ecclesiæ bellum indixerit, quia capti efficiuntur ſerui, & eorum bona efficiuntur capientium: & ſic in omnibus his habebit locum fictio poſtliminii. quod nota perpetuo.

e ¶ Pñtãte.i.ſeruitute.† alias accipitur pro iuriſdictione: ut cum dicimus, poteſtas habet homines de diſtrictu in pñtãte.i.iuriſdictione. Item ponitur pro obedientia: in qua pñtãte eſt monachus ſub abbate, & clerici ſub prælatis Item ponit pro dilectione ſine pietate: & hæc prima poteſtas dicitur, ut ff de uerb.ſign.poteſtatis. Sed quõ iſte ab hoſtibus captus poterit uſucapere, cum ipſe ab alio poſſideat, ut.ſ.de iu.perſo.§ ſerui. ergo ipſe poſſidere non poteſt, ut ff.ad l.iul.de adult.ſic eueniet.& ff. de acqu. rer.dom.homo liber.§.quicquid. ergo nec uſucapere, ut ff.de uſucap. ſine poſſeſſione? Rñd. uſucapit per filium uel per ſeruum in re peculiari, † ut ff. ex q. cau.ma item ait prætor.§. hæc autem. & lege denique.& l ait prætor.§.hi plane.& ff. de uſucap.inſto.§. fin. Sed nec uidetur, quòd per ſeruum poſsit captiuus uſucapere, ut ff. de uſucap. neque ſeruus. Sed dic, quòd illa loquit in cauſa non peculiari: quod uerum eſt. Vel loquitur ipſa ueritate inſpecta. † hic autem iure poſtlim. inſpecto, quod præualet ueritati, ut ſupra qui.mo.ius pa.po te.ſol.§.ſi ab hoſtibus.

ADDIT. Doc. cõiter ſequuntur gl. & do. Iac. reprobat hic Angel. quem uideas: & dum tex. noſter dicit, quod captus ab hoſtibus poteſt uſucapere, Iac. exemplificat de actione perſona-

† Et bñ quia qñ pſenti contra abſentem datur reſtitutio non refert ꝗ cã ab ſentiæ. Ang. & Iaſo.

† Sequũtur hãc gl. Angel. & Ioan.

† Meliꝰ dixiſſet .i.dñio. Nico.& Ia.

Captus ab hoſtibus põt uſucapere.

† Sequit hãc gl. Ia.

† Idem Dy. Angel. & Iaſ.

li:in qua currit præſcriptio non ex poſ ſeſsione præſcribentis, ſed ex ſolo curſu temporis negligentia non petentis: vide hic per eum.

a ¶ In ciuitate eſſet. q.d. qui non abeſt. Quid ergo ſi uterq; abeſt, & alter alterius rem vſucapit? Reſpon.

eius, q ĩ ciuitate [a] eſſer, uſuceperit, pmittit domino, ſi poſſeſſor reipubl. cã abeſſe dſierit, túc ĩtra ãnũ [b] reſciſſa [c] uſucapione

† Iſtam glo. approbat Aug. & Iaſ. & tunc habet locum hęc reſtitutio, † ut ff. ex qui. cau. ma. l. fi. uidet aũt deſinere abeſſe, cum domum rediit, uel redire potuit finito negocio, pro quo erat abſens: & tunc dicit deſinere abeſſe, niſi iuſta cauſa impeditus fuerit in redeundo: ſtatuunt enim ei. xx. milliaria diurna, ut ff. ex quib. cau. ma. ſi cui. §. tãdm. Et ſic patet ꝙ de neceſſaria abſentia

† Qñ abſens cõtra præſentem ſtituit: alias nõ fit diſtĩctio ſecũdum la. tunc intelligitur: † alias contra, ut ff. e. l. ij. qui. & l. ſeq. ſed uerbũ, deſierit, hic poſitum ſtrictius ponitur, id eſt ꝙ poſſit conueniri. Item econtra, ſi præſens rem abſentis uſucepit, ut ff. ex quibus cau. ma. l. j. §. uerba. & tunc ſiue completa eſt tota uſucapio in præſentia, id eſt infra modicum tempus, ſiue in abſentia, ſiue poſtea parum, idẽ eſt, ut ff. eodem ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter.

SYL. ¶ Communis reſolutio eſt, ꝙ ſi uſucapio ſit pro maiori parte completa in abſentia, & finita in pſentia, ille abſens reſtituat tñ ad tps abſentiæ, reliquum uero temporis cedat ad commodum uſucapientis: ita doct in l. quod tempore C. de reſtit. militum.]

b ¶ Annum. ſ. utilem, qui conſtat ex ccclxv. diebus, ut ff. de ſtatulib. cum hæres. § Stichus. in quibus actor habuit facultatem agendi, nec impediret per ſe, nec per reum, nec per iudicem. Nam hæc tria neceſſaria ſunt, ut utilis dies aut annus currat, ut ff. de diuer. & tempo. præſcrip. l. j.

SYL. ¶ Communiter tenetur, ꝙ in diſpoſitione ptoria annus ſit utilis, in ciuili cõtinuus, ut per doct. hic.]

¶ Hodie uero in omnibus reſtitutionibus quadriennium c[on]tinuum computatur, ut C de temp. [i]n integrum reſtitu. l. fina. Et ita nota hic, quòd hic liber corrigitur per C. [in] hoc anno uti li generaliter ſecundum quoſdam. Sed dico contra, quia illa tantum in reſtitutionibus dicit, unde in aliis remanet utilis annus.

¶ Et hæc opin. communiter approbat in d. l fi.] SYL.

c ¶ Reſciſſa. per in integrũ reſtitutionem petitam a iudice uiuo, ut ſubducatur tempus uſucapionis, quo fuit abſens, ut C. de reſtit. mi. l. iij. ſicut & minores petunt. ff. de except. l. exceptiones quæ perſonæ. in fin l. & hoc ipſum ſcilicet ꝙ poſtulare poſſunt, a mortuo prætore conceditur eis, ut ff. eo. l. j. per totum. reſtituit ergo eos prætor uiuus, (j) ut ſic agant antiqua actione, ac ſi res nõ eſſet uſucapta, uel actio pręſcripta: ideo actio, ad quam reſtituitur, dicitur reſciſſoria: non ꝙ ſit nomen proprium actionis.

¶ Et ita communiter tenetur.] SYL.

¶ Sed quæ erat primo realis ſiue perſonalis directa, nunc dicit utilis, ut C. ex qui. cau. ma. l. fin. & de poſtum. reu. l. ab hoſtibus. † Alii dicunt, † ꝙ ſtatim eo reuerſo habet reſciſſoriam: & dicunt eſſe proprium nomen actionis: & ſic dicũt, ꝙ maiores iure actionis, ſed minores officio iudicis reſtituuntur. Dicunt tñ, quod hæc reſciſſoria actio efficaciam non habet, antequam inſufflet in eam prætor ſpiritum uitæ dando reſtitutionem: quod ſatis recidit in primam opinionem. Nam ſemper uerum eſt hoc, ꝙ a prætoris mortui edicto hoc fit, & auctoritate prætoris uiui. † Iſtæ duæ leges nihil faciunt ad propoſitum. † Et male ſcđm doct. ħ.

¶ Et ita cõiter tenent doct. ꝙ reſciſſoria non competat, niſi prius præcedat iudicium reſcindens.] SYL.

ADDITIO. (1) Illud ergo, quo petitur reſtitutio, eſt officium iudicis: facit. l. quòd ſi minor. § fina. ff. de mino. & eſt caſus in terminis in l. ſi quis ſtipulatus. ff. ex quib. cau. ma. & comprobatur ratione: quia quoties uerba legis referuntur ad iudicem, tunc ex illo edicto oritur officium iudicis, ut not. glo. in lege ſi ſoror. C. de collat. & habetur iu. l. iiij. ff. de alimen. & ciba. legat. & not. plene Bart. in lege prima. ff. de condi. ex lege, ſed hoc edictum eſt hu-

huiuſmodi,ut in l.j.in fin. ff. ex qui. cauſ. ma.igitur &c.Ang.

* ACTIO ET C. Actio reſciſſoria eſt,per quã uſucapio reſcinditur, cuius explicationem uide hic per Franc. Hotom.

a ¶ Vſu nõ cepiſſe. Et ſic vr̃ concedere mẽtiri: quod P. confitetur. Sed dic, ꝙ non mentit, ſed dicit ſibi reſtituendum, ac ſi uſucaptum non eſſet, ut.s.proximo.§.diximus.

eã petere.i. ita petere,ut dicat poſſeſſorẽ uſu[a] non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis b † quibuſdã[c] & alijs ſimili æquitate motus Pretor accommodat: ſicut ex latiore Digeſtorum ſeu Pandectarum uolumine intelligere licet.

† alias aliis quibuſdã.

¶ Alienatũ in fraudẽ creditorũ permittitur ipſis ex ſententia Prætoris bonis debitorum poſſeſſis reuocare. Acceptum.

¶ Item ſi quis[d] in fraudem[e] credi-

b ¶ Actionis.ſ. reſciſſoriæ ſupradictæ.

c ¶ Quibuſdam. ut ſi rem abſentis uſu capiat præſens. † Item ſi abſens fuit probabili cauſa: ut ſtudiorum. Item ſi in uinculis poſitus, ut ff. eodem l. prima.& l.ſed & ſi per prætorem. in fin.& l.ſequen & de illis legibus infra facit mentionem,cum dicit de uolumine Digeſtorum.

† Iſtã tenẽt Dy. & Bald.

¶ Item ſi quis. ¶ Diuidit in duas partes.Primo ponitur dictum,ex quo tacita qõ. Secundo,determinatio quæſtionis.Secunda ibi (Permittitur.)

SYL. ¶ Item ſi quis in fraudem. Caſus. Literaliter figurandus eſt. habet.n.literã claram, & rõnem manifeſtam, quod fraus nemini debet patrocinari.No.collige ex ſummario,præſertim quia doct. omnia expediunt in gl.]

d ¶ Si quis.ſ.debitor.

e ¶ In fraudem. Not. ꝙ uterque tam debitor quam receptor oportet ꝙ fraudem participet,quando titulus non eſt lucratiuus.

SYL. ¶ Hoc uerum in creditore, ſecus in alienatis in fraudem patroni lege prima. §. ſi quis in fraudem.ff. ſi quid in fraud. pa. Item non procedit in debitore ciuitatis.l.ij. C.de debito. ciui. lib.xj.

¶ Si autem eſt lucratiuus, puta donationis, ut ſi dedit, (& hoc intellige ad hoc, ut creditor poſſit reuocare alienationem) tunc ſufficit fraudem debitoris tantũ interuenire, ut C. de reuocan.iis quæ in fraud. cred. l. penultim.& ff.quę in fraudem credito. qui autem.§.hoc edictum. &.§. ſimili modo.

¶ Quæ tamen non requiritur in caſu.l. ait ꝓtor.§.ſi debitorem.ff. de ijs q̃ in frau. cred.] ¶ Et de hac fraude nota bonã diſtinctionẽ: quia aut adhibet a debitore alienante inter uiuos, aut in ultima uoluntate, uel a liberto in fraudem patroni. Similiter inter uiuos uel in ultima uoluntate, ſi in ultima uoluntate: tunc aut per legata,aut per libertates: & ſi per libertates,aut directas, aut fideicommiſſarias. Si debitor in fraudem alienet inter uiuos,uno caſu præſumitur fraus,ſcilicet quando omnia alienauit,ut ff.eod. omnes.§.lucius.† ſi autem non omnia, nõ præſumitur. ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius,quàm in iis eſt,ſperant homines,ut ſupra quibus ex cau.ma. uon li. §. in fraudem. debet ergo probare eam creditor. Et hæc diſtinctio per omnia ſeruatur etiam in patrono, ut ff.de probat. patronus. & l.quoties.§. qui dolo. In ultima uoluntate, ſi legatum uel fideicommiſſum in fraudem creditoris reliquit, ſolum euentum inſpicimus, licet fraus non interuenerit, ut in donatione cauſa mortis, ut C. de iure delib.l.fina.§. ſi uero creditores.cum legata non debeantur niſi deducto ære alieno, ut ff. eodem qui autem.§.penult.& ad trebel. l.j.§. is qui quadringenta. Idem in patrono per omnia, ſi libertas in fraudem legauit, uel fideicommiſſum reliquit, uel donauit cauſa mortis: nam ſolum euentum inſpicimus, ut ff. ſi quid in frau. patroni. l. j. in princip. &.§.j. In libertatibus autem in fraudem relictis diſtingue directas a fideicommiſſarijs.

SYL. † Quſ text. ly loquaẽ ĩ alienatione lucratiua, tñ ẽt h3 locũ in tit.oneroſo ut eſt gl. ĩ l. q te-ſtm̃, in uerbo modum & ibi Bar.ff.de prob.& iſta ꝓcedunt ſecũdum Iac. qñ uẽditio oĩum bon.eẽt facta ꝓ ualdẽ minori ꝓtio q̃ ualerent. idem ſi non oĩa bona,ſ3 maiorẽ ptẽ alienauit, ut ẽ gl. no.in l. nomen. §.filio.i uerbo oĩs ſubſtancia. ff.de le. iij.

† Iſtam glo. ſe. SYL. quūtur Ang. & Iaſ.

arijs.ĩ primo caſu cõſilium & euentũ, in ſcđo euentum tñ inſpicimus, † vt C.de ijs qui ma.non poſſ.l.fi.& l.j.

¶ Ratio diuerſitatis poniẽ per gl. in l. fi.C.qui ma.nõ poſ.quarum vlt.approbãt doc. ſed Iaſ. hic aſſignat meliorẽ, quã ego alias ſum ſecutus.

torum [a] rem ſuam [b] alicui tradiderit: bonis eius a creditoribus poſſeſſis [c] ex ſentẽtia Præſidis, [d] permittitur [e] ipſis creditoribus reſciſſa traditione eam rem petere, [f] id eſt dicere eam rem traditam

a ¶ Creditorũ. Large accipe ꝓ oĩ eo cui aliquid debeẽ, vt ff. de ver.ſig.l. creditorũ,& l. creditores. & l. ſi cui.& in auth.de fideiuſ.§.pe.coll.j.

SYL. ¶ Conclude cũ hac gl. ꝙ creditoribus ẽt large ſumptis ẽt ex delicto cõperũt actiones reuocatorie. Itẽ & creditoribus futuris, quoties ex coniecturis conſtare poſſet alienationẽ factam fuiſſe in fraudẽ: uel qñ futuri creditores ſucceſſiſſent in locũ priorũ creditorũ.l.ait p̃tor.§.ita demũ.ff.de ijs q̃ ĩ frau.credi.]

b ¶ Rẽ ſuã.ſ.corporalẽ, ex eo ꝙ dicit, tradiderit.idẽ tñ eſt in incorporalibus, vt patet ꝑ multa exẽpla.ff.quæ in frau. credi.l.j.ij & iij.vſq; ad l.qui autem.

ADDITIO. No.ſing.illã l.in prin. ꝙ ſi debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel alio modo & titulo poterat acquirere,& non vult, inimo repudiat etiam in fraudem & deſpectum creditorum, an habeat locum iſta materia. dicitur ibi ꝙ non quia dummodo non diminuat de ſuo patrimonio, non habet locum diſpoſitio huius.§. quod no. bene.Ang.Are.

c ¶ Poſſeſſis. Id eſt poſſideri iuſſis: nec enim re ipſa a creditoribus fuerant poſſeſſa bona debitoris, cum ipſe alienauerit.Vel dic † poſſeſſis quæ remanſerant,& non ſufficiebant, vt ff. eod.l.ait prætor.

† Iſtam tenent Ni. Placen. Io Fab. & Iaſ.

d ¶ Præſidis. Puta quia fuit condemnatus, & non ſatisfecit condemnationi infra tempus: unde miſſus fuit actor in poſſeſſionem bonorum.

e ¶ Permittitur.ſ. infra annum vtilẽ, vt ff.de ijs quæ in frau.creditο.l.j.j. reſpon de eo tñ, quod peruenit ad eum, vel quod dolo fecit quominus perueniret, perpetuo datur, † vt ... eodem, ait prætor.§.hæc actio.

† Sequũ tur eã Ni.Pla. Ioa.Fa. Ang. & Iaſ.

* ADDITIO. De iſta materia excuſſionis vide hic late per doct. & refert hic Iaſ.caſum ſing.in auth. cõtra rogatus quis C.ad Treb. vbi etiam in rei vẽdi.eſt neceſſaria excuſſio bonorũ.

f ¶ Eã rem petere. Sed qua actiõe? Reſpon.Pauliana, quę datur creditori ad reuocanda corporalia: ſed in factũ ad reuocanda iura, vt ff.de vſur.l.uideamus.ij.§.in fauiana.& ff.eo.l. hac in factũ. † Vel verius dic, ꝙ nulla dr̃ Pauliana niſi adiectiue, quia a Paulo fuit inducta ſed in factũ Pauliana dicitur, quæ ad reuocanda corporalia & incorporalia cõpetit. Et datur contra accipientem & hæredem eius inquantum ad eos peruenit etiam non reſtituto ei pretio, ut ff. eo.ait prætor.§. fin. & l ſeq. & l.ſi debitor.& l. ex his. In eũ aũt, qui in fraudem alienauit, actio nõ datur, cũ nudus ſit: niſi ita fraudulenter diſperſit, vt res apparere non poſſit: quo caſu ẽt in carcerẽ detrudetur, vt ff.eo.l.fi.§.fi. Eſt & Fauiana, quæ datur ſoli patrono ad reuocanda ea, quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter viuos vel vltima volũtate, quominus patronus habeat. tertiã, ut ff.ſi quid in fraud.patro.l.j.in prin.& § j.& s.de ſucceſſ. liber. §. ſed noſtra conſtitutio. Eſt & Caluiſiana: & ipſa tam patrono quàm creditori competit, vt ff.ſi quid in frau.patr.l. ĩ Fauiana. Quidã tñ dicunt contra in eo, quod de Fauiana dictũ eſt, arg.ff.de vſur.l. videamus 2.§.in Fauiana. Sed certe ita dicit ibi litera, per quam. & ſic refertur ad proximã tm̃.ſ.Paulianã. Et iſtæ duæ imitantur naturam ſuperioris in factũ Paulianæ. Sed quæro quare ſunt hic hæ poſitæ inter reales prætorias, cũ ipſæ ꝑſonales ſunt: quod probatur per id, qđ dicit litera, In Fauiana quoq;. vt ff. de vſur.l.videamus.§.in Fauiana. Nã proxime dixerat de perſonalibus: vnde continuat eam cum perſonalibus: & probatur. ff. ſi quid in frau. patr. l. j. §. hæc actio. Sed rñ. † quia ſimilitudinẽ hẽt cũ

† Hanc gl.intelligunt doct. in alienatis ĩter viuos: ſed ĩ vltima voluntate daẽ vel condictio indebiti, uel hypothecaria, vt l.fi. §.ſi vero creditores. C. de iure deli.

non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe. a

¶ Actio Seruiana uel quaſi, eſt prætoria: & competit Seruiana pro rebus coloni, quaſi Seruiana pro rebus aliorũ debitorũ obligatis. Angelus.

¶ Itẽ Seruiana, b & quaſi Seruiana, quæ ẽt hypothecaria uocatur, ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

¶ Seruiana autem experitur quis c de rebus coloni, d quæ

---

† Dic ꝙ ſunt pſonales i rẽ ſcriptę. Ni. I o. Fab. & Iaſ.

ſuperioribus duobus caſibus in eo, ꝙ ſicut ibi permittitur aliqd dicere, quod non ſit: uel eſſe faciẽda aliqua, ac ſi non proceſſiſſent q̃ proceſſerunt: ſic & hic. Item ſicut ibi ſit reuocatio, ita & hic. ergo ſcd̃m hoc ita dici debẽt hę reales, ſicut ſuperiores: qd̃ qdam cõceſſerũt. Sed reſpõ. hic non petit quod meũ fuerit, ut i ſuperiori caſu: nec quaſi meũ, ut i publiciana, ut ſupra. eod. §. alię. Nec ob. infra. §. proxi. quia hypothecaria eſt in rẽ, nec tñ meum petitur uel quaſi: quia ibi quod peto, peto quaſi meum. i. poſſeſſionẽ per hypothecariã actionẽ, uel Seruianam: hic autem neq; poſſeſſio, neq; dñium eſt meum, nec fuit: immo in accipientẽ tranſiuit, licet in fraudẽ ſit alienatũ, ut ff. de contrah. emp. ſi ſciens. in fi. & prædictæ res actiones reuocatorię dicunt. †Sed unde oritur hæc actio? Rñ. ex quaſi maleficio, †qñ dolus fuit in uendente & emente: ſi autem in uendente tm̃, tunc põt dici ex quaſi contractu, ſi agitur contra illũ poſſidentem. Sed nunquid habet retentionem, ut ab eo non reuocetur, ſi uult ſoluere quod ſibi creditori reuocare uolenti debetur? Quidã negãt, ut ar. ff. rerum amot. ſi cum dos. §. fi. & l. ſe. Sed contradico: †inſtar poſterioris creditoris, ſi uult ſoluere priori qd̃ ſibi debet, poteſt habere retentionẽ, ut ff. de edict. l. curãtis. † quod dic ut ff. de iis quæ in fraud. credito. ait prætor. §. illud.

Actio hypothecaria. † Et ſic tenent gl. ꝙ hę reuocatoriæ ſint mere pſonales: ſed Iaſ. ĩ hoc re probat gl. & tenet ꝙ ſint i rẽ ſcriptę. uid. hic per eũ. †Immo ex maleficio. Dy. Ni. Ioã. Fa. Aug. & Iaſ. † Et bñ Ni. An. & Iaſo. † Vide meliorẽ tex in l. prior. C. q. po. in pig. ha. Iaſ.

a Manſiſſe. Videtur ergo ꝙ permittat me itiri quod non eſt uerum, ſed ita petit, ac ſi manſiſſet in bonis debitoris, ut ſupra. eo. §. aliæ. & §. rurſus.

Diuiditur in tres partes. Primo, quòd actio Seruiana uel quaſi Seruiana eſt prætoria. Secundo, quæ ſit differentia inter actionem Seruianam uel quaſi. Tertio, quæ ſit differentia inter pignus & hypothecam. Secunda ibi (Seruiana autẽ.) Tertia ibi (Inter pignus.)

¶ Item Seruiana. Caſum non expedit figurare, quia ſtat tex. in traditione regulæ, & declaratione terminorum & actionũ, de qbus iu pſẽti. §. Nota igit ex hoc tex. ꝙ dictio itẽ, eſt continuatiua. Itẽ qd ſit actio Seruiana, & qd actio qua ſi Seruiana. Itẽ ꝙ actio quaſi Seruiana & hypothecaria pro eodẽ ſupponũt. Itẽ qd differat pignus ab hypotheca. Itẽ ꝙ Seruiana datur ꝓ pẽſione fundi ruſtici uel urbani, uel de uaſtatione eiuſdem, ex tacita obligatione. Item quòd quaſi Seruiana competit cuilibet creditori cõtra quẽcũq;. Itẽ ꝙ actio Seruiana capit ſubſiſtentiã ab edicto prætoris. i. ualiditatẽ & robur quia alias iſta pignora conuentionalia oriuntur ex pacto. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact. ea. n. dicuntur pignora prętoria, quę dantur a iudice uiuo propter contumaciã, uel non legata ſeruẽtur. Itẽ ꝙ dicuntur actiones iſtæ Seruianæ & quaſi Seruiana a ſeruando, quia per eas ſeruantur obligationes.]

SYL.

b Item Seruiana q. d. non ſolum publiciana & reſciſſoria reales ſunt & prætorię, de quibus dictũ eſt ſed etiam duę iſtę capiunt uim ex p̃toris iuriſdictione id eſt prætoriæ ſunt, ut hic, & ff. de pac. ſi tibi. §. de pignore. Accurſius.

c Quis. Scilicet fundi dominus: ſiue ſit partiarius, † ſiue numis colat. Item etiam pro deterioratione domus, † ut ff. in quibus cau. pigno. ta. contra. l. ij. licet ex locato ſit actio, ut ff. loc. l. qui fundum.

† Iſta gl. ẽ ſingu. ſecũdũ ang. & Iaſo. SYL. †Etiam pro alia oblatione Ang.

* Partiarius colonus eſt qui agrum conductum c[illegible]it parte fructuum ſibi retenta: hocque diſtat a ſimplici colono, quòd hic pecuniam pro locatiuo ſoluit, ille fructus.

d Coloni. ſubaudi, uel inquilini. †nã

pignoris [a] iure pro mercedibus fundi [b] ei tenentur. Quaſi [c] Seruiana aũt ẽ, qua creditores pignora hypothecaſue pſequunt. ¶ Inter pignus aũt & hypothecam, quãtum ad actionem hypothecariã attinet, nihil [d] intereſt. Nam de qua re [e] inter creditorẽ & debitorem conuenerit, ut ſit pro debito obligata, utraque hac appellatione [f] continetur. Sed in alijs differentia eſt. nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quę ſimul ẽt traditur creditori, maxime [g] ſi mobilis

& eius res ſunt tacite obligatæ, ut ff. in qui.cau.pig.taci.contra.l.ij. † Et eſt colonus in uilla, inquilinus in ciuitate, ut ff. de acqui. poſſ.l.re pignoris. †
¶ Intellige, ꝙ inquilinus non dicitur in ciuitate nec reſpectu ciuitatis, ſed reſpectu prædij quod colit. colonus ergo ẽ, q̃ pdiũ ruſticũ colit: inquilinus qui urbanũ. l. re pignoris. ff. de acqu. poſſ.]
¶ Differentia tñ eſt inter has duas tacitas obligationes. nam in ruſticis ita demum, ſi dñs ſciat inducta & illata: in urbanis, ſiue ſciat, ſiue nõ: & eſt ratio, quia ſancta ruſticitas omnia palam habet: ſed inquilinus multa etiam clam apportat, quæ locator ignorat, ut C. locati certi iuris.
¶ Vide Fort. Hiſpa. in l. item quia. in iij. col. in prin. ff. de pac. & in v. col. ubi reprobat hanc rationem.
¶ Ita tñ in utroq;, ſi eo animo ſint inducta, ut ibi ſint perpetuo, non ad tempus, ut ff. de pig. debitor. & ff. ĩ qui.cau. pig.taci.contra. in prædijs.§.j.
a ¶ Pignoris. Scilicet taciti.
b ¶ Fundi. Vel domus, ut ſupra dictum eſt.
c ¶ Quaſi. hæc dictio ponit̃ ad differẽtiam ſuperioris: utraq; tñ Seruiana dr̃, a ſeruando forte dicta: cum omne ius aut in acquirendo, aut in ſeruando, aut in amittendo conſiſtat, ut ff. de leg. & ſenatuſc.l.fi. † Sed quæ ẽ dr̃ia inter Seruianam actionẽ & Saluianũ interdictũ, cũ illud ad idẽ competere uideatur, ut infra de interdic.§. interdictũ? Rñ. quia in Seruiana oportet, ꝙ creditor probet debitorẽ fuiſſe dñm tpe obligationis, ut ff. de pig.l. & quæ non[...]dum ſunt. §.j. ſed in Saluiano ſufficit, qu[...]d probet cũ poſſediſſe, ut colligitur ff. de ſalui. interdi.l. j. in princ. & diximus infra de interdi.§. interdictum.

† Idem Ni. Io. Fa. Pla. Ang. & SYL. Iaſ.
† Et ita cõiter tenet, licet Vltramontani cõtra.
† Iſta gloſſ. & oẽs ſimiles reprobantur cõiter per ſcribẽ.
SYL.
† Hypotheca ãt dr̃ ab hypo, q̃d eſt ſub, & theſis poſitio: quaſi ſuppoſitio uel obligatio, quę idẽ ſunt ut pbatur per rub. de re.e o. ſi alie. uel ſuppo.

d ¶ Nihil intereſt. Niſi in ſono uocis, ut ff. de pign.l.res hypothecæ.§. inter pignus. immo † ẽt quantũ ad actionem vr̃ intereſſe: nam præſcriptio habenti pignus non currit, cum poſſideat.
¶ Vide Neguſan. in tracta. de pi. colũ. ij. in fi.]
¶ Secus i hypothecaria, cui currit pſcriptio ĩter dum. x. † interdũ. xx. † interdũ. xxx. † interdũ. xl. anno. † ut C. ſi aduer. cre. l. j. & ij. & C. de præſcrip. xxx. uel xl. anno. cum notiſſimi. & de annа. excep. l. j. § j.
e ¶ De qua re. Mobili uel ĩmobili: tradatur creditori uel nõ: corporali uel incorporali: excepta tñ urbana ſeruitute, quæ non poteſt obligari, ne ruinis ciuitas deformetur, ut ff. de pig. ſi is qui.§. fin. & l. ſequen.
ADDI. Dic ꝙ attẽta rõe gl. ſi eſſet ſeruitus etiam urbana, q̃ non eſſet deformatio ciuitatis, poſſet obligari: utputa, obligo tibi ſeruitutẽ altius non tollendi, donec pecunia nõ ſoluatur: nam tunc ualeret: ita dicit Bar. in d.l. ſi is q. §. fi. Ang. & ſi quærat̃ an iuriſdictiones, præminentiæ, honores, ius percipiendi pedagium, ius patronatus, q̃d hr̃ in eccleſijs uel hoĩbus, & ſimilia, poſſint pignori obligari diſtingue ut per Bar. in d.l. ſi is qui. § fi.
f ¶ Hac appellatione. ſ. hypothecaria: ut hac actione peti poſſit a quolibet poſſeſſore.
g ¶ Maxime. hoc abundat, ut C. de teſta. ma. l fi. § ij. Duo. n. oportet interuenire ut ſit pignus: & ꝙ tradat̃ creditori, ut hic: & quod mobilis res ſit: cum pignus a pugno dicat̃, ut ff. de uerb. ſign. ſi plebs.§. pignus. Si autem mobilis eſt, & non tradatur: item ſi immobilis eſt, tradatur uel non, hypotheca eſt. † Patet ergo, quòd quatuor ſunt prætoriæ actiones in rem ſcilicet publiciana, &

† Idem Ang. & Iac. & de mente aliorum.
SYL.
† Hec uerum qñ res poſſidetur per alium a debitore hñtẽ bonã fidẽ & titulũ & inter pſentes. Plac. & Ia.
*
† Inter abſentes. Iaſ.
*
† qñ res poſſidetur per alium a debitore nõ hñtẽ tit. nec bonã fidẽ. Iaſ.
*
† Hoc uerũ ẽt qñ res poſſidetur per ipſum met. Ia.
† Iſta gl. uſq; ad ſui fi. ẽ magiſtra ĩ ſua materia, ſecũdum Iaſ.

ſit: at eam, quæ ſine traditione nuda conuentione tenet. proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus.

¶ Actio de conſtituta, quæ habet oẽs vires, quas habebat olĩ & etiã illas, quas habebat receptitia: itẽ actio de peculio, & p quá quærit, an actor iurauerit, ſunt pſonales & prætoriæ. Are.

¶ In perſonã[a] quoq; actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas hẽt Prætor: veluti de pecunia[b] cõſtituta. Cui[c] ſimilis videbať receptitia: ſed ex no-

reſciſſoria, & ſeruiana, & quaſi ſeruiana. Itẽ aliæ duæ reales præiudiciales, vt j.eo.§ præiudiciales. Eſt & alia, quę datur ſuperficiario, quando quis ad non modicũ tempus cõduxit, vt ff. de ſupfi. l.j. in ſi.j.rñ. & §. qđ autẽ ait. & l.fi. & ff. đ rei vẽ. l. ſuperficiario *

Eſt & octaua actio ĩ rẽ: vt q̃ datur metu paſſo: nã illa prętoria ẽ ĩ rẽ, vt ff. qđ met. cau. metũ. §. volẽti. Sunt & aliæ. ſ. bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio: item fideicommiſſaria hæreditatis petitio. Prima datur ei, q ſuccedit per prætorẽ. Secunda ei, cui p Trebellianu hæreditas reſtituta eſt, vt ff. de bon. poſ. hær. peti. l.j. & ij. & ff. de fideicom. hæred. peti. l.j. ij. & iij. & ſic de

† Iſtam glo. ſequunť Fa. Pla. Ang. & Iaſ. ſunt prætoriæ in rem. †

¶ In perſonã &c. ¶ Iſte. §. vſq; ad §. Pœnales. tractat de tribus actionibus perſonalibus & prætorijs. Et hoc principium vſq; ad. §. actiones aũt, diuidiť,

Diuiſio quia in principio præmittit de actione de conſtituta, & de peculio, itẽ de iuramento in genere: ſecundo in ſpecie & de unaquaq; dicit. Secunda ibi (De conſtituta. Item prima ſubdiuiditur, quia primo ponit qualiter olim erat ĩ actione de conſtituta & receptitia: hodie vero ſunt omnia redacta ad conſtitutam. Secunda ibi (ſed ex noſtra.)

ſ Y L. ¶ Caſum non expedit in hmõi declarationibus niſi literaliter figurare. cum enim Impe. narret atq; exponat, qualiter a prætore inductæ ſunt actio de conſtituta pecunia, quæ receptitia dicitur, & actio de peculio ſeruorum, & actio ex iuramento, & ꝙ ille dť teneri de cõſtituta, qui ſine ſtipulatione debitum ſe ſoluturum conſtituit, non eſt in huiuſmodi perquirenda ratio dubitãdi & decidendi. No ergo prætorẽ induxiſſe actiones perſonales. Item ꝙ iure antiquo fuit actio receptitia, quæ plenior erat: quippe in eam veniebant & nudo pacto omnia, ſiue ĩ genere ſuo functionem reciperent, ſiue non, vbi in actione de conſtituta ſolum veniunt ea, quæ functionem recipiũt. Quæ autẽ fuerint đ actione receptitia trãsfuſa in cõſtitutam pecuniã, videre potes in l. receptitia. C. de conſti. pecu. Itẽ no. ꝙ quamuis aliquid ſit đ receptitia trãſfuſum in cõſtitutam, nõ per hoc amiſit proprium nomen conſtitutæ. Itẽ ꝙ l. correcta non eſt amplius reputanda nec allegãda in numero legum. Item ꝙ actio de peculio & iuramenti eſt prætoria. Item no. qui teneantur de conſtituta. Et pro intellec., huius tex. in verſi. de conſtituta. vide Hieron. Verium Senen. in repe. rub. ff. de uerb. obligat. colum. xlv.]

a ¶ In perſonam. q. d. dictum eſt de realibus prætorijs, ſequitur de perſonalibus prætorijs: licet & de quibuſdã perſonalibus ſupra interpoſuerit in. §. item ſi quis.

b ¶ De pecunia. Vt ff. de conſti. pec. l.j. in principio.

* ADDIT. Eſt autem conſtituere (vt docet hic Hotoma.) id quod iam debetur, daturũ facturumve pro ſe vel pro alio promittere, quod Græci dicũt catataxæſthæ.

c ¶ Cui ſimilis. ſ quo ad quædam: quia vtraq; dabatur, vbi quis conſtituebat ſe ſoluturum pro ſe uel alio: ſed & diſſimilis uidebatur, quia actio de conſtituta pro ijs tantũ rebus in conſtitutionem deductis competebat, in quibus mutuum conſiſtit. ſ. quæ pondere, numero, & menſura continentur: ſed receptitia, quando aliæ res in conſtitutionẽ deducebantur: ſed hodie ꝙ omnibus cõpetit actio de conſtituta, cum omnes res appellatione pecuniæ contineãtur, vt C. de conſti. pecu. l.ij. §. pen.

ſtra cõſtitutione,[a] cũ & ſiquid plenius habebat, hoc in actionẽ pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt, & ea [b] quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cũ ſua auctoritate a noſtris legib9 recedere, Itẽ Prætor [c] propoſuit actionem de peculio ſeruorum filiorũq; familias, & eã, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias [d] complures.

¶ Actio de conſtituta pecunia datur in eum, qui pro ſe vel alio ſe conſtituit ſoluturũ. & ex nudo pacto oritur. Et vbi hẽt locum remediũ ordinariũ, ad extraordinariũ non eſt recurrendum. Ang. Are.

¶ De conſtituta autem pecunia [e] cum omnibus [f] agitur, quicunque pro ſe vel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint, [g] nulla [h] .ſ. ſtipulatione interpoſita: nã alioqn ſi ſtipulanti promiſerint, iure ciuili [i] tenentur.

a ¶ Conſtitutione. Vt C. de conſti. pecu. l. ij.

b ¶ Ea. ſ. receptitia. Accur.

c ¶ Item prætor. Hæc capitula exponuntur infra proxi. §. & ideo hic non dicas.

d ¶ Et alias. de quibus dicet j. §. pœnales.

e ¶ De conſtituta autẽ pecunia. Id eſt hac actione, q̃ ſic uocatur.

f ¶ Cũ oib. ſcilicet aptis alias obligari ꝑ ſe. vbi pro ſe interuenit conſtitutio: vel ꝑ alijs, vbi pro alijs interuenit conſtitutio. ſic ergo furioſus, † cũ nec pro ſe, nec pro alijs obligetẽ, nec conſtituere ſe debere poteſt. Idem in prodigo & ſimilibus. Item mulieres, cum alias pro ſe tantum obligentur, & hæ conſtituent pro ſe tantum, & non pro alijs, vt ff. de conſtitu. pec. l. j. §. j. & ij.

g ¶ Conſtituerint. Vt puta per hæc verba, † Conſtituo me ſoluturum quod ego vel ille debet: & ſimilia, vt ff. de conſti. pecu. qui aũt. in fi. & l. ſeq. † Et hoc ita', ſi ſit debitum quod præcedat: ſiue ciuile & naturale ſimul, ſiue naturale tantum, ſiue prætorium: ſecus ſi ciuile tantum, vt ff. de conſtitu. pecu. l. j. §. pe. & fi. & l. iij. §. j.

h ¶ Nulla. Ergo ex nudo pacto oritur actio hic, quod eſt contra ius commune poſitum. ff. de pac. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. & §. quinimo. & §. idem Marcellus. & §. idem reſponſum. & C. de pact. l. legem. Et eſt hoc ideo forte ſpeciale, quia ſicut ſpatium pro eo qui conſtituit inducitur, vt non teneatur niſi elapſis decem diebus, ut ff. de conſtitu. pecu. promiſſor, cum alias ſtatim teneatur, vt ff. de verb. obl. cũ qui calendis. §. quoties. & de verb. ſigni. cedere diem. ſic & aliud contra eum, vt ex nudo pacto teneatur, ut ff. de iureiuran. eum qui. in prin. Sunt & alij adhuc ſex caſus, in quibus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce in donatione hodie, licet non fuerit neceſſaria ſtipulatio, vt C. de dona. ſi quis argentum. § ſin autẽ. † Itẽ ſi mulier dotem ſine ſtipulatione marito cõuenit, vt C. de do. pro. l. ad exactionẽ & de rei vxo. actio. l. j. §. j. † Item ſi quis ob honorem decretum vel decernendum pa ſiam pollicitus fuerit. i. ſine interrogatione, vt ff. de pol. l. j. §. j. & l. pactum. Item in nautico fænore, vt ff de nau. fæno. l. periculi. in fi. † Item in acceſſione frumenti, vel vini, vel olei, vel ordei, vt C. de vſur. l. frumenti. † Item in uſuris ciuitati promiſſis, ut ff. de vſu. l. etiam. † Alias autem propter ſui frigiditatẽ nudum pactum actionem parere non poteſt.

ADDITIO. Adde alios caſus: vt puta in curia mercatorum, arg. l. Quintus mutius ff. manda. & ibi Bart. Item ſi fieret in iudicio: quia tunc fingitẽ ſtipulatio. Item quando per pactum nudum aliquid abeſt parti, ſi non ſeruet promiſſa: quia contra non ſeruantem datur actio de dolo, vt eſt tex. not. in l. & eleganter. §. ſeruus. ff. de dol. vt hic per doct.

i ¶ Iure ciuili. Vel actione ex ſtipulatu, vbi incertum eſt in ſtipulatione: vel condictione certi, quæ ex ſtipulatione oritur, vbi eſt certum, vt ſupra de ver-

† Idem de pupillo. Ang.

† Idem Plac. & Iaſ. & ẽ ꝗ̃ mẽte aliorũ.

† Et iuxta hãc glo. ponit hic Ia. vnũ notabile: ꝙ ſi qs conſtituat Titium fideiuſſurũ ꝑ ſe, valebit tale cõſtitutũ: ſec' ſi nõ ꝑ ſe, ſ; ꝑ alio, vt hic per eum.

† Iſta gl. cõiter reꝓbat per do. quia ẽr hodie nõ oritẽ actio ex pacto, ſed condictio ex lege ꝑꝑ ipſm pactũ. & illa lex hẽc locũ in do. cau. mor. & ꝑꝑ nuptias, & ĩ donatione ꝓ ſumpta Iaſ.

† Iſte § nõ ꝓcedit hic, cũ fingatẽ tacite ſtipulatio. Iaſ.

† In cã ẽ piculũ, qđ ĩ ſe ſuſcipit creditor.

* † rõ ſpẽlitatis ẽ ꝑꝑ neceſſariũ vſũ victualiũ. Iaſ.

* † Hoc fauore publico itroductũ eſt Iaſ.

Stipulatio est de iure ciui.

bo. oblig. in princ. quæ ſtipulatio eſt a iure ciuili inducta, ut hic, cum de iure gentium ipſa non fuerit: licet alij contractus fuerunt de iure gentium, ut ſupra de iure natu. gen. & ciui. §. ius aũt, non autẽ dicitur ideo & iure ciuili, ꝙ nõ habeat ĩ ſe uinculum naturale: immo hẽt: qa ſine conſenſu nõ ualet: qui conſenſus eſt de iure naturali, ut ff. de pact. l. j. §. pe.

¶ Ex contractu filij uel ſerui tenetur pater & dominus peculiotenus de iure prætorio. Angelus.

¶ Actiones autẽ de peculio [a] † ideo aduerſus patrẽ [b] dominũve [c] cõparauit Prætor, qa licet ex cõtractu filiorũ ſeruorũve ipſo [d] iure non teneã ꝙ pater & dominus ex conſenſu ipſorũ obligentur ſaltẽ præſumpto propter conceſſionem peculij. Not. quod actio de peculio eſt prætoria. Itẽ quòd peculium dicitur quaſi patrimonium ſerui uel filij. Item not. figuram loquendi ibi, peculiotenus.]

SYL. ¶ Adde ꝙ Albericus & Oldradus fuerunt in opinione per hunc textum, ꝙ in ſtipulatione non ineſſet conſenſus naturalis, nec haberet naturale uinculum: tamen contrarium uerius eſt, ut dicit glo. & ad hunc textum, dic quòd non negat quin etiam ſtipulans naturaliter non teneatur, licet dicat iure ciuili teneri. & ſi fortius induceretur, ꝙ textus hic uoluerit facere differentiam inter contractum de conſtituta & ſtipulationis, & ſic quòd in primo ſit naturalis æquitas. l. prima. ff. de conſti. pecu. in ſtipulatione ergo non ſit: reſponde, ꝙ noluit facere talem differentiam, prout communiter ſic textus intelligitur: ſed uoluit ponere differentiam inter actionem prætoriam & ciuilem, de qua facta fuit diuiſio ſupra in §. ſed iſtæ. quam proſequitur etiam in hoc. §. dicendo quod actio de conſtituta eſt prætoria, niſi interueniat ſtipulatio: nam tunc eſt ciuilis: & ſic intellige uerba textus aliter quam ab alijs intelligantur ſcilicet ut dicatur, iure ciuili tenetur, ergo non prætorio: non, ergo non naturali. & hunc puto uerum ſenſum huius textus.

SYL. ¶ Actiones autem de peculio. Caſus poſitio pendet a ſuperioribus, colligiturque ratio dubitandi & decidendi ex ipſo textu. Videbatur enim, quòd pater & dominus, tanquam qui ſe non obligauerint in aliquo non tenerentur ex contractu filij uel ſerui, cum nemo ſine uoluntate ſua alteri obligetur. Sed contrarium deciſum eſt ex æquitate, quam ſemper prætor intuetur, ut dominus & pater teneantur quaſi caſtrenſi peculio. cum enim peculium hoc tanquã quid uniuerſale peruenerit ad patrem uel dominum, ęquum eſt ut teneatur quatenus eſt in peculio. uidetur. n.

* † Peculiũ diffinitur a Iuriſc. in l. depoſiti. §. fi. ff. eo.

a ¶ Actiones. De peculio. Volunt quidam dicere hæc eſſe propria nomina actionum: ſcilicet de peculio, & de in rem uerſo, & quod iuſſu: item exercitoria, & tributoria, & inſtitoria, ex eo ꝙ leges plerunque appellant eas actiones ut hic. Sed uerius eſt, ut adiectiue ponantur: ſic enim dicitur, mandati actio de peculio, ut ff. de pecu. l. iij. §. cui congruit. † Accur.

† Iſta ſecunda opi. cõiter tenetur per doct.

b ¶ Patrem. Scilicet reſpectu filij. Accurſius.

c ¶ Dominumve. Scilicet reſpectu ſerui ſunt enim correlatiua

* † Vtrũ ualeat ſtatutũ, quo cauet ut pater teneat ꝓ filio legato hic laſ.

d ¶ Ipſo iure. Scilicet ciuili: quod non uult, ut alter ex alterius perſona obligetur: & ſic pater non debet teneri pro filio † inſpecto iure ciuili. ſic eo inſpecto pro ſeruo non debet teneri dominus: quia ſeruus pro nullo eſt inſpecto iure ciuili, ut ff. de regul. iuris, quod attinet. Sed tamen prætor æquitatem conſiderat, ut quia peculium quaſi patrimonium eſt filij uel ſerui, ut ſubijcit: quia peculium eſt quod ſibi quis parſimonia quærit, ut ff. de pecu. peculium la. 3. uere tamen non eſt patrimonium filij peculium, ut C. de inof ficio. teſtamen. lege fin. in fine. Itẽ nec ſerui, ut ff. de uerborum obligatio. liber homo. ij. Ideo tamen, quia quaſi patrimonium eſt, patrem pro filio, dominum pro ſeruo teneri dicit. Diligenter tamen diſtingue, utrum contrahat filius uel ſeruus, uel quaſi contrahat, Item utrum delinquat, uel quaſi, Si

Seruus ꝓ nullo reputatẽ

Peculiũ ẽ pecunia quæ parſimonia q̃ritur.

Patres ꝓ filijs, & dñi pro ſeruis an

teneantur. contrahat quilibet illorum, dominus uel pater actione ex eo contractu tenetur in peculium: in cuius condemnatione deducitur ex ipſo peculio quicquid ſeruus naturaliter domino debuit: ut quia dominus ſeruo mutuauit, uel alias ſecũ cõtraxit. Itẽ deducitẽ qđ debetur ijs, qui ſunt in poteſtate domini, uel tutela, uel cura, cũ uideatur dñs præueniſſe, ut ff. de pecul. l. peculium. §. j. & ij. obligatur enim ſeruus domino naturaliter, ut s. de fideiuſ. §. j. & ſunt hęc communia in ſeruo & filio, excepta cauſa mutui, ex qua nec filius nec pater tenetur.

Actio de peculio.

tur, ęquum tamen eſt peculiotenus (quod ueluti patrimonium eſt filiorum filiarumque, item ſeruorum)

¶ Item in uoto. l. ſi quis rem. §. uoto. ff. de pollicita.] ſ Y L.

¶ Secus in ſeruo, ut infra titulo primo. §. illud. & C. ad Macedo. l. penultima. Item quæ dicta ſunt quando contrahit filius uel ſeruus, eadem & quando quaſi contrahit: ut ſi alterius negocia geſſit, vt ff. de nego. geſt. ſi filiusfamil. Præter hanc actionem de peculio adhuc pater uel dominus quandoque tenetur de in rem uerſo: quando ſcilicet filius in rem patris, uel ſeruus in rem domini conuertit: & eſt inſolidum uſque ad quantitatem uerſam, ut infra tit. primo. §. præterea. Azo. Sed de peculio agitur, quatenus peculiũ durat, vt infra eodem. §. ſunt præterea. & infra titulo primo. §. præterea. Item eſt actio. Quod iuſſu, quæ eſt inſolidum, quando filius uel ſeruus iubente domino vel patre contraxit: videtur enim contrahi cum ipſo patre uel domino, vt ff. quod iuſſu. l. j. in princip. & l. fina. Item ſunt & alie tres: ſcilicet exercitoria, quæ datur contra dominum nauis, qui prępoſuit magiſtrum nauis ſeruum ſuum, & eius rei gratia contractũ fuit: & ideo dicitur exercitoria, quia exercitor dicitur dominus nauis. Itẽ inſtitoria, quæ habet locum, quãdo aliquis ſeruum ſuum taberne uel ſtationi præpoſuit. † Item tributoria, qua agitur ita, quod dominus uocatur in tributum, vt infra titulo primo. §. introduxit, & §. inſtitoria. & §. primo.

Actio de in rẽ verſo.

Actio quod iuſſu.

Actio exercitoria.

Actio inſtitoria.

† In iſta mãria uide caſum ſin

¶ Adde tamen, quod omnes iſtæ actiones de peculio, de in rem uerſo, quod iuſſu inſtitoria, tributoria, exercitoria, non ſunt actiones, nec propria nomina actionũ, ſed adiectiones & qualitates: quod utile ẽ propter naturam ſcilicet bonæ fidei uel ſtricti iuris, ut dicit hic Iaſo.]

ſingularẽ in ſ Y L. l. fin. ff. de exercitoria.

condemnari eos.

¶ Si qs iurauerit aduerſario deferẽte in iudicio, datur ei ex ſacramento actio. Ang. Are.

¶ In delictis autem & quaſi delictis idem olim ſeruabatur in filio & ſeruo, vt pro noxa dari poſſent, vt j. de noxa. in ſi. ti. Sed hodie pro ſeruis tñ agitur noxaliter, ut ibi dicitur: & pro delictis, vt j. de noxa. in prin. & ff. de noxa. l. j. & in quaſi delictis: vt ſi ſeruus habitans cum domino habuit ſuſpenſum vel appenſum, vel effudit aliquid quod alicui nocuit, vt ff. de ijs qui deiece. uel effunde. l. j. §. ſi ſeruus. & l. ſi vero. §. pœtor. niſi in duobus caſibus, vt ff. de ijs qui deiece. uel effu. l. j. §. cum ſeruus. vbi nõ habitat cũ domino: & ff. de minori. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. Porro licet in delictis & quaſi agatur noxaliter, tamẽ & de peculio agitur, ſi locupletatus eſt dominus, inquantum id peculium locupletius eſt, vt ff. de iudicijs tam ex contractibus. & ff. de peculio. lege licet. §. ex furtiua cauſa.

a ¶ Ex legibus. Vt nequis conueniatur niſi coram ſuo iudice, ut C. de exceptio. l. fi.

b ¶ Legis uicem obtinent. Vt in ſenatuſconſultis, ut ſupra tit. j. in princip. ſicut eſt exceptio Mace[illegible]ani, & Velleiani, ut ff. ad Maced. & Velleia. per totum tit.

c ¶ Prætoris iuriſdictione. Vt de dolo malo, & metus cauſa, ut ff. de exceptio. doli, per totum. Item pacti, ut ff. de pact. iuriſgentium. §. prætor ait.

¶ Appellantur. ¶ Diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit duplicem diſtinctionem exceptionum, quia quædam ſunt perpetuæ, & quædam tẽporales. Itẽ q̃dam ſunt perẽptoriæ, & quædã dilatoriæ. Secundo ponit exempla cuiuslibet. Tertio ponit q̃ pœnam olim patiebatur, & quam hodie patiẽ qui pendente dilatione legali, uel lata ab hoie, ante dilationem finitã egerit. Secunda ibi (Perpetuæ & peremptoriæ.) Tertia ibi (Alioquin.) Are. Diuiſio

¶ Appellantur exceptiones. 1 alius. per ſe clarus eſt, & exempla manifeſtiſsima: cũ ſimus in declaratiõe terminorũ, non expedit ulterius inſtare. Notandum eſt q alię exceptiones perpetuæ & peremptoriæ ſunt, aliæ temporales & dilatoriæ. Item quæ ſint perpetuæ & peremptoriæ, & quæ ſint temporales & dilatoriæ. Item quæ eſſet pœna olim plus tempore petentium, & quæ ſit hodie: & ſatisfuit ſupra dictum in ti. de act. §. plus autem.] SYL.

d ¶ Semper. i. ſine præfinitione temporis, ut ff. de dol. excep. l. pure. §. fi. ita tamen ſi ante ſententiam opponantur, ut C. ſententiã reſcin. non poſſ. l. peremptorias. Niſi in ſeptem caſibus, in qui-

perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, cum ita cõuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis eſt pacti conuenti,[a] cum ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, ueluti intra quinquenniũ: nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere uolentibus obiicitur exceptio, aut pacti conuenti,[b] aut alia ſimilis,[c] differre debent actionem, & poſt tempus agere, (ideo enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur) alioquin ſi intra tempus egerint, obiectaque ſit exceptio, neque eo iudicio quicquam conſequebantur propter exceptionem, neque poſt tempus olim agere poterant, cum temere rem in iudicium deducebant, & conſu

Exceptiones peremptoriæ ſeptem caſibus poſt ſententiam opponi poſſunt

bus etiam opponi poſſunt poſt ſñiam: ut ratione ætatis, ut C.eodem.l.peremptorias.& ff.de minor.l.minor uiginti quinque anni. omiſſam. Item miles, ut C.de iuris & fact. ignoran. lege prima. Item in Macedoniano & Velleiano, ut ff. ad Macedo. lege tam.etſi. Item in donatore, qui opponit ut conueniatur inquantum facere poteſt etiam poſt ſententiam, ut ff. de re iudic. lege Neſennius.§. fina. Item exceptio falſi ꝓcuratoris, ut C. de procurat.lege licet. Secus ſi ratione perſonæ procuratoris opponatur exceptio, ut quia ſit miles, uel mulier: quia talis exceptio eſt dilatoria, ut infra eodem.§.præterea. Item ubicunq; dicerem nullum ſuiſſe iudiciũ: ut quia ſit uenalis ſententia, uel falſis teſtibus uel inſtrumentis iudicata, ut C. quando non eſt neceſſe pro l. uenales uel cũ iudex ſit non ſuus, ut C.ſi a non competen.iudi.per totum.† Item ſi inique ſub iudice compulſus eſt eo tempore, quo compelli non debuit, ut ff.de fe.l.prima. Sed dilatoria proponitur ante litem conteſtatam: ſed probatur poſtquam actor monſtrauerit quod † aſſeruerat, ut C.de probat.l.exceptionem. & C.eodem.l. ſi quidem. Secus in exceptione fori, quia ante litem conteſtatam opponi & probari debet ſecundum quoſdam, ut ff.eodem.l. penulti. Sed quid de exceptione non numeratæ pecuniæ nunquid eſt perpetua, uel temporalis? Reſpond. quidam anomalam eam eſſe. Nos dicimus, quòd eſt temporalis, biennii ſcilicet uel triginta dierum, ut ſupra de lite.obl §.fin. & C.de non nume. pecun. l. in contractibus.§.j.& §. ſuper cæteris. Sed ĩ hoc põt dici ano mala: quòd cũ alias probet qui excipit, hic tñ non probat, ut C. de non numera. pecunia.l. ſi ex cautiõe. Itẽ quare in exceptione nõ numeratę dotis? & eodem mõ ſolue, ut C. de do. cau. non nu.l.fi.& authen.ibi poſita. Itẽ quid de ea, q̃ opponit ut qs conueniat inquantum facere poteſt? Reſpond.eam temporalem: quia præſumo, quòd aliqua acquiret: & ſic poſtea poterit ſoluere, ut C.arb.tut. lege ſi defunctus, nam non repetit quod ſoluitur, licet facere non poſſit commode, ut ff. de condictio. indeb. lege nam & maritus. quod fieret, ſi eſſet perpetua, cum ſit fauorabilis ut ff. de condictione indebiti, lege qui exceptionem. Et circa hoc uide quod notatur in lege prima.C. de iuris & fact. ignoran.

a ¶ Pacti conuenti.ſ. exceptio.

b ¶ Pacti conuenti.ſ. uſque ad quinquennium.

c ¶ Alia ſimilis. Veluti ſi quis ſtipuletur id, quod in utero eſt: uel fructus futuros: uel domum certo loco ædificari: uel cum Romæ eſſet. Epheſi dari ſtipulatus eſt ut ff.de uerb.obl. l. interdum. ſecundum Azonem.

† Hoc uerſi intellige quã poſt ſñiam opponitur tale ex quo apparet dictũ iudicẽ nõ habuiſſe iuriſdictionẽ ſaltẽ in cã de qua iudicauit: nec fuit facta ꝓrogatio tacite uel expreſſe: ut late ꝑ Ang. † alias aſſeuerat.

a ¶ Rem amittebant. Facit ſ. de act. §. ſi quis agens. & ff. de libe. leg. l. non ſolum. §. ñ. & C. de iur. fiſ. l. iuſtas. lib. x. Accur. Flo.

b ¶ Hodie aūt. Zenonianæ conſtitutioni ſ. Græcæ, cuius meminit ſ. de act. §. ſʒ hęc quidem.

c ¶ Continet. Qd dic, ut mō dixi p l. interdū. ff. de uerbo. oblig.

d ¶ In duplum. Sed uidetur, ꝙ nullam patiatur pœnam, ut ff. de petit. hæred. ꝙ ſi in diem. in princip. quæ eſt huic contra. Sed dic illam corrigi. Vel melius, ſpeciale eſt ibi: qa ad hoc ſolū agebatur, ut eodem iure penes agentem haberetur, quo erat apud defunctum: in de non fuit plus petitum.

† alias ñ.

e ¶ Iniuriā Non tamen talem, propter quam agere poſſent.

f ¶ Tali pœna perterriti. Facit C. ad l. Iuliam repetun. l. j. & ff. de pœn. l. capitalium. §. pen. & C. de inoffic. teſtam. ſi quis in ſuo.

...mebant: qua ratione rem amittebant.[a]

¶ Hodie ſi actor plus petat tempore, ſiue pendente dilatione, reo induciæ duplicantur: & eidem reo actor in expenſis factis in cauſa damnabitur: ante quarum refectionem ſuper principali negocio audiē tia denegabitur. Aretinus.

¶ Hodie autem non ita ſtricte hoc procedere uolumus: ſed eum, qui ante tempus pactionis uel obligationis litem inferre auſus ſit, Zenonianæ[b] conſtitutioni ſubiacere cenſemus, quam ſacratiſſimus legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: ut † & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, uel quas natura actionis continet,[c] † ſi contempſerit, in duplum[d] habeant ii, qui talem iniuriam[e] paſſi ſunt: & poſt eas finitas nō aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes ex penſas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti,[f] tempora litium doceantur obſeruare.

¶ Exceptionum tertium genus eſt, quia quædam uocatur dilatoria, iudicii perſonam reſpiciens: ut exceptio incompetentis procuratoris, & ſimilis. Ang Aret.

¶ Preterea etiam ex perſona ſunt dilatoriæ exceptiones: quales ſunt procuratorię ueluti ſi per militem, aut mulierem[g] agere quis uelit. Nā militibus nec pro pa...

...ctu temporis, ut in præced. §. ſed perſonarum: & exemplificat tam clare, ut nulla adſit dubitationis materia. Not. aliquas eſſe exceptiones dilatorias reſpectu perſonarum. Item quòd mulier miles ñ poſſunt exercere officiū p curatoris nec interuenire in iudicio pro alio. in milite eſt ratio ne diſtrahatur a militia: i muliere uero ratione publice cuiuſdam honeſtatis i quod intelligē i iudicio, ſecus extra iudicium. le ge. iij. §. j. ff. de neg. geſt. Item in pluribus aliis caſibus notatis p Deciū in l. ij. co. iij. ff. de re. giu. Item ꝙ miles poteſt eſſe in iudicio dummodo a diſciplina militari non diſtrahat: & p cōſequēs ꝙ iura attendunt in militibus plus publicum fauorē ꝗ priuatum ipſorū mer militum.]

† alias deeſt ſi.

g ¶ Mulierem. Quæ pro alio agere nō poteſt niſi pro parentibus, ſi morbus aut ætas eos impediat, nec ſit qui eorū nomine agat, ut ff. de procurat. l. fœminis. Accur.

Mulier pro parentibus agit.

SYL. ¶ Præterea. Caſus. Itidem clariſſimus eſt. Declarat enim Imper. ꝙ qñq; exceptio dr̄ dilatoria non tātum reſpe...

* ADDIT. Mater tñ non admitteret pro filio minore & ad defendēdum:

niſi in cauſa appellationis:& eſt ratio, quia eſt maioris præiudicii, quam principalis. Angel.

a ¶ Nec pro patre uel matre &c. Niſi pro eorum libertate, ut ff. de lib. cau. l. iij. quæ eſt contra, ſecũdum Ioan. ADDIT. Dic, ꝙ iſto caſu dicit de fendere cauſam propriã pro ſuo intereſſe, ut l. j. ij. iij. &. iiij. ff. de liber. cau. facit lex non tantum ff. de appell. Ang.

b ¶ Sine offenſa. id eſt hoc fit ſine offenſa diſciplinæ : non autem ſic intelligitur, ut & hoc non poſsit fieri, ſi diſciplina, id eſt exercitium militare offendatur: ſed ſiue offendatur, ſiue non, præſumitur non offendi, ut hic, & C. de procurato. lege qui ſtipendia.

tre, uel matre, [a] uel uxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri conceditur: ſuis uero negociis ſupereſſe ſine offenſa [b] militaris diſciplinæ poſſunt.

¶ Infamis poteſt eſſe procurator, & poteſt procuratorẽ conſtituere. Aret.

¶ Eas uero exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam, uel dantis, uel ipſius procuratoris opponebantur, cum in iudiciis frequẽtari nullo modo perſpeximus, conquieſcere [c] ſancimus: ne dum de his altercatur, ipſius negocii diſceptatio proteletur.

¶ De replicationib.

¶ Replicatio exceptionem tollit, quæ ad tollendam eam nititur æquitate, quæ replicatio ad adiuuandum intentionem actoris competit: & contra replicationẽ duplicatio eſt inducta ad ſummouendã eandem, quæ prima facie æqua uidebaĩ: contra quam duplicationem actori datur triplicatio. Aretinus.

INterdum euenit, ut exceptio, quæ prima facie

dam conceduntur per alium, quæ non conceduntur per ſe ipſum. Item quòd non ſunt lites protrahendæ. Item quòd non uſus eſt iuſta cauſa derogandi antiquæ legi.]

c ¶ Eas uero. Conquieſcere. Sed cõtra ff. de poſtul. l. j. §. ij. loco. & in §. hoc edicto. Solut. ibi de maxima infamia, hic de parua. Vel illud de aduocato, qui emolumentum tantum habet: hic in procuratore, qui tñ habet onus.

Aduocatus lucrũ. procurator onus habet.

¶ De replicationibus.

Continuatio.

¶ Quia exceptio ꝑ replicationem eliditur, idõ per conſequens de replicatiõe dicit, ut infra eo. in princ. & ff. de except. l. ij. §. replicatio. Accur.

8 Y 2. ¶ Eas uero. *Caſus*. Similiter clarus eſt. Non enim in hoc tex. aliud dicitur, niſi quòd infamis hodie poteſt eſſe procurator. ratio dubitandi erat, quia infamis non poteſt pro ſe eſſe in iudicio. l. quos prohibet. ff de poſtul. ergo uidebatur, ꝙ nec & infamis poſſet eſſe procurator. contrarium decidit duabus rationibus: una, ne prætextu huius exceptionis lis in lõgum protraheretũ. Itẽ quia officium procuratoris eſt onus nõ dignitas. Collige ex hoc tex. ꝙ infamis põt pro alio eſſe in iudicio. Itẽ ꝙ quæ-

INterdum. ¶ Totus iſte titulus diuidit in duas partes principaliter. Primo ponitur de replicatione, quę prodeſt actori, & quæ non. Secundo, quæ exceptiones competentes reo principali proſunt fideiuſſori, & quæ non proſunt. Secunda ibi (Exceptiones autem.)

Diuiſio

¶ Interdum. *Caſus*. Facilis eſt, declarat enim Imperator quid ſit replicatio, & quare inuenta ſit:& quòd eadem ratione introducta eſt duplicatio, triplicatio, & cæteræ replicationes ulte- 8 Y 2.

iusta uidetur, † tamen inique noceat: [a] quod cum accidit, alia allegatione opus eſt adiuuandi actoris gratia, quæ replicatio uocatur: quia per eam replicatur atque reſoluitur ius exceptionis: ueluti cũ pactus eſt aliquis cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniam petat: deinde poſtea in contrarium pacti ſunt, id eſt ut creditori petere liceat: ſi creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, ſi non conuenerit ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. conuenit [b] enim ita. namque nihilominus hoc uerum manet, licet poſtea in cõtrarium pacti ſunt. Sed quia iniquum eſt creditorem excludi, [c] replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto conuento. Rurſus interdum euenit, ut replicatio, quæ prima facie iuſta eſt, inique noceat: [d] quod cum accidit, alia allegatione opus eſt adiuuandi rei gratia, quæ duplicatio uocatur. Et ſi rurſus ea [e] prima facie iuſta uideatur, ſed propter aliquam cauſam actori inique noceat, rurſus alia allegatione opus eſt, qua actor adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Quarum omnium exceptionum uſum interdum ulterius, quàm diximus, uarietas negociorum introduxit: quas omnes apertius ex Digeſtorum [f] latiore uolumine facile eſt cognoſcere.

¶ Exceptio reo competens, ſi eſt in rem,

† alias non eſt tamen.

riores, dicendo quòd in cauſa fuit, quia aliquando euenit, ꝙ quis habet actionem, contra quam militat aliqua exceptio, quæ ſi non elideretur alia replicatione, utique perimeretur actio, & tamen exceptio iniqua eſſet: ideo fuit neceſſarium adinuenire replicationes, quibus iniqua exceptio perimeretur: ſicut & eadẽ æquitate fuerunt inuẽtæ exceptiones contra iniquas actiones. exemplificat aũt Imperat. ſi quis creditor feciſſet primo loco pactum de non petẽdo debitori, quo parata eſt exceptio debitori cõtra actionẽ creditori cõpetentem, & poſtea idem debitor feciſſet creditori pactum de petendo. nam ex quo ſecundũ pactum elidit primum, dãda eſt cõtra illam exceptionem replicatio, & ſic deinceps, ut latius in libris. ff. conſtat. Nota quæ dicta ſunt in poſitione caſus, & ꝙ replicatio fauore actoris adinuenta eſt. Item no. iſta uerba, prima facie, quibus in cõſiliis uti ſolemus. Itẽ no. ꝙ ꝑ replicationẽ reſoluit ius exceptiõis, circa quorũ uerborum intell. uide Fort. Hiſpa. in l. ſi unus. §. pactus. col. xxviij. ff. de pact. Item quòd pactum ſecundum de petendo non elidit pactum de non petendo ipſo iure. Item quod obligatio contrario pacto eliſa põt nouo pacto iuuari. Item ꝙ pactum liberatoriũ non tollitur nouo pacto ipſo iure ſed replicatiõe. Item ꝙ danẽ duplicationes, triplicationes, & ulterius quantũ expedit.]

a ¶ Noceat id eſt non ꝓſit. Vel dic proprie. ſ. actori. Accur.

b ¶ Conuenit. Id eſt ita fuit conuentum.

c ¶ Excludi. ſ. per exceptionem. Accur.

d ¶ Noceat. i. nõ proſit. Accur.

e ¶ Ea. ſ. duplicatio. Accur.

f ¶ Digeſtorum. ut ff. de exceptio. lege. ij.

¶ Exceptiones. Caſus. SYL.

Eſt clariſsimus, ꝙ exceptio competens principali, competit etiam fideiuſſori: aſsignat text. rationem clariſsimam, quia alias ſuperuacuum eſſet dare reo exceptionem, ſi eius fideiuſſor cõueniri poſſet, nec gauderet illa exceptione: quia creditor ageret contra fideiuſſorem, quẽ

prodérit eius fideiuſſori propter actionem mandati, qua reus ſibi tenetur. Exceptio uero perſonalis, ut ceſſiones bonórum, uel ſimiles, ad fideiuſſorem nullatenus ſe extendunt. Aretinus.

¶ Exceptiones [a] autem, quibus debitor defenditur, plerunque accommodari ſolent etiam fideiuſſoribus [b] eius, & recte: quia quod ab iis [c] petitur, id ab ipſo debitore peti uidetur: quia mandati iudicio redditurus eſt eis quod ii pro eo ſoluerint. Qua [d] ratione, et ſi de non petenda pecunia pactus quis [e] cum reo fuerit, placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conuenti, illis [f] quoque, qui pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet, ne ab eis pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non ſolent his accommodari. Ecce enim debitor, ſi bonis ſuis ceſſerit, &

coactus ſoluere, haberet actionem mandati contra principalem: & ſic creditum, quod ad inſtantiam creditoris cogi non poterat ſoluere, cogeretur per circuitum ſoluere ad inſtantiam fideiuſſoris, quod nõ habet locum in iis exceptionibus, quæ principali dãtur intuitu eius perſonæ, ut puta ceſsionis bonorũ: quia illud miſerabile præſidium liberat tñ cedentem, non fideiuſſores, liberat (dico) ab executione contra eos faciẽda. ratio eſt clara, quia ꝑſonale beneficium perſonam non debet egredi. Nota. ꝙ exceptio cõpetens principali, competit regulariter fideiuſſori, præter quàm in exceptione perſonali. Item quod exceptio ceſsionis bonorum non prodeſt fideiuſſori cedentis. Nota quod nihil fruſtra debet concedi & quod eludi poſsit. Itẽ quòd fideiubens cenſetur habere mandatum de ſoluendo ab eo, pro quo fideiuſsit. Item quòd datur regreſſus fideiuſſori contra principalem, pro quo fideiuſsit, ita demum ſi ſoluerit, quod intellige regulariter. Item quòd debitor poteſt cedere bonis. Item quòd ꝑſonalia perſonam non egrediuntur. Item quòd fideiuſſores ad hoc accipiũtur, ut ab eis exigatur quod a debitore exigi non poterit.]

a ¶ Exceptiones. hic. §. uidetur quòd deberet eſſe in fine ſuperioris tituli. Sed certe cum & replicatio ſit exceptio, bene ponitur hic, generaliter tam ad exceptiones quam ad replicationes pertinens. Accur.

b ¶ Fideiuſſoribus. Appellatione fideiuſſoris omnem acceſſorem accipe, ſiue ſit mandator, ſiue fideiuſſor ſiue alius: ex eo dictus fideiuſſor, ꝙ pro alio fidẽ ſuã aſtrinxerit.] Et not. ꝙ dicit, plerunque: quia exceptio reo competens gratia ſuæ ꝑſonæ, ut qa ſit minor, fideiuſſori nõ competit, ut ff. de mino. l. in cauſæ. j. in prin. & ff. de except. l. exceptiones ij. in fi. Item ſi eſt damnatus in omnibus bonis ſuis ratione ſui delicti, ut C. de fideiu. l. prima. uel ſi ceſsit bonis, unde perſonaliter ei ſubuenitur ne in plus conueniatur quàm inquantum facere poteſt, ut ſupra de actio. §. fina. & infra eo. in fi. Item ubicunque quis inquantum facere poteſt condemnatur: nam fideiuſſori non datur exceptio. † ut ff. pro ſoc. l. uerum. §. j. & ff. ſolu. matr. l. alia. ubi autem exceptiones rei cohærent, ut pacti conuenti, & rei iudicatæ, fideiuſſoribus competunt, ut hic, intuito reo, ut C. de except. l. defenſiones. & ff. de excep. l. omnes.

ADDITIO. Dicut in l. penult. & in l. tam mandatori. C. de non nu. pec. Angel.

c ¶ Ab iis. ſ. fideiuſſoribus.

d ¶ Qua rõne. Exemplificat. Accur.

e ¶ Quis. ſ. creditor. Accur.

f ¶ Illis quoque. ſ. fideiuſſoribus: & ſimilibus.

Fideiuſſor eſt nomen gñale, & dr a fide.

Exceptiones reo cõpetẽtes gr̃a ꝑſonæ fideiuſſori non cõpetunt: ſed bñ ſi rei cohærent.

† Vt ff. de re iudi. l. & ſi fideiuſſor. in prin. uj ſi fideiu. ut defenſor conueniatur: tunc. n. ut defẽſori nõ ut fideiuſſori datur.

a ¶ Per exceptionem. propter hunc caſum dixit ſupra, plerunq;. & propter alios, ut diximus.
b ¶ Maxime. Facit. ſupra de fideiu. in principio.

Conti-nuatio. ¶ De iterdictis. ¶ Quia interdicta uicē ſuſtinent ſeu obtinēt actionum, iō † alias ſi non. poſt actiōes de īterdictis proponitur, vt infra eo. in princip. Accur. Sed iſta rubr. cōgruētius poſita fuiſſet ante titu. de exceptio. vt fecit Iuriſc. in Digeſtis: quia ante titu. đ excep. poſuit iſtum titulum. ſed de hoc non eſt uis.

[redacted] cum eo creditor experiatẽ, defenditur per exceptionem,[a] † ſi bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fideiuſſorib. non datur, ideo ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime [b] proſpicit, Vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſsit ab ijs, quos pro eo obligauit, ſuum conſequi.

¶ De interdictis.

¶ Interdicta olim nil aliud erãt niſi certæ conceptiones verborũ, latæ a Prætore interdictũ interponẽte, cũ iter duos đ poſſeſsione agebaẽ Arc.

Sequitur vt diſpiciam⁹ de interdictis, ſeu actionibus [c] quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborũ, [d] quib.

* ADDIT. Dic quod Impera. alio ſpectauit, nimirum quod actiones proprie non ſint: & poſt actiones continuo exceptionem ſubiungere par fuerit.

Diuiſio Sequitur. ¶ Totus iſte titulus diuidiẽ in quatuor partes. Primo ponit quid olim erant interdicta. Secũdo ponit unam diuiſionem interdictorum. Tertio ponit aliã diuiſionẽ. Quarto ponit unam aliam diuiſionem interdictorum. Secunda ibi (Summa autem.) Tertia ibi (Sequens.) Quarta ibi (Tertia diuiſio.)

¶ Sequitur. Caſus. In diuiſione non eſt figurandus: dicit. n. & declarat quid olim eſſent interdicta: & dicit: ꝙ interdicta erant formæ & conceptiones uerborũ & decreta, quibus prætor aliquid aut iubebat fieri, aut iubebat non fieri. No. ꝙ dictio, ſeu, ſtat hic ampliatiue, non expoſitiue, ſecundum Angel. hic. Not. quòd interdicta olim erant decreta. Itẽ ꝙ conſiſtebant aut in præcipiẽdo, aut in prohibendo. Item ꝙ interdicta ut plurimum uerſantur circa poſſeſſionem uel quaſi poſſeſsionem rerũ.]
c ¶ Actionibus. ſcilicet in factum, ut infra eod. §. fin.
d ¶ Conceptiones uerborũ. Ideſt dicere, uerba concepta & formata a ꝑtore proponente interdicta. Sed ſecundum hoc quæ erat differẽtia olim inter interdicta & actiones, & cum actio erat formula, ut ff. de origi. iur. l. ij. §. deinde ex his? Rñ. quidam, vt ꝑceptor meus Azo, ꝙ interdicta formabanẽ in perſona uolentium ea intentare tñ loquendo eis. Vnde interdicta inter duos dicuntur reddi a prætore loquẽte duobus, ut infra eo. §. exhibitoria. & hoc ẽt colligitur. ff. ſub multis titulis in tractatu de interdictis: ſic enim dicitur, vnde ut illum deiecisti &c. vt ff. de ui & ui arm. l. j. in principio. Item, Vti ædes de quibus &c. vt ff. uti poſ. l. j. in princip. & ſic de alijs. Sed actiones generaliter & in perſonam omnium formabantur. ut Quicunque emerit, ex empto agat: & ſic de cæteris: quod colligitur. ff. de origin. iur. l. ij. §. omnium. & §. deinde ex his. Vel dic breuiter differentiam talem fuiſſe: quia interdicta a prætorib. ſed actiones a cæteris magiſtratibus formabantur: vt patet ex eo, ꝙ omnia interdicta ſunt prætoria, ut ff. de interdic. per totum librum. Sed hodie nihil aliud eſt interdictum quàm actio prætoria in factum, ut infra eo. §. fi. Interdicta & actiones olĩ differebãt
* ¶ Communis reſolutio eſt, ꝙ olim nulla eſſet realis differentia, ſed ſolum in conceptione verborum. Vel decla-

ra ſcdm Ioan.Fab.hic. Quomodo autē differant edictum & interdictum, explicat Alcia.lib.Parer.iij.c.xv.]

A D D I T. Dic ſecundum Io.Fab.Immo eſt aliud: & pōt agi uel interdicto, uel actione in factum ad electionē actoris, ut ff. ne uis fiat ei.l.ſi quis miſſus.§. cū pretor ff.uti poſ.l.j.§.reſtituēdæ.no. ff de ui & ui arma.l. j. §. fin. licet gl. notet idem quod hic in rubr.ff.eo.ſed Dy.reprehēdit glo.& hoc eſt uerum. Aug.

Prætor aut iubebat [a] aliquid fieri, aut fieri phibebat: [b] quod tunc maxime [c] fiebat, cum de poſſeſsione [d] aut quaſi [e] poſſeſsione iter aliquos contendebatur.

¶ Interdictorū quædam ſunt prohibitoria: vt interdictū ne uis fiat, item de mortuo inferendo quædā ſunt reſtitutoria, ut interdictū Quorū bonorum: quædā uero ſunt exhibitoria, ut interdictum de libero homine exhibēdo, & ſimilia. Are.

a ¶ Iubebat. Quod eſt in interdictis reſtitutorijs & exhibitorijs, ut infra e. §.reſtitutoria.&. §. exhibitoria.

b ¶ Prohibebat. Quod facit in prohibitorijs interdictis, ut infra eo.§. prohibitoria.

c ¶ Maxime. Hoc ideo dicit, quia quandoq; per interdicta non ſuper poſſeſsione, ſed ſuper iure rei contenditur vt patet in interdicto de mortuo inferendo, vbi licet inferre: & ſepulchro inædificando, ubi licet inædificare, ut ff.de mor.inſe l.j.in princip. & §.prætor ait. Item quandoque proprietatis & poſſeſsionis ſimul, ut ff.de aqua quo. & æſti.l.j.§.final.& ff.eod.l. interdictorum.§.quædam. Sed nunquid alio modo quam per interdicta.i. de iure ciuili agitur de poſſeſsione? Reſpon. ſic, ut per condictionem indebiti, ut ff.de condi.indebi.l.indebiti.§. ſed & ſi nummi. Item per triticariam, vt ff.de condi.triti.l.j. in fin.& l.ij. Item per condictionem ex lege, ut C.de acqui.poſ.l.fin.in fi.& ff.de rei uendica. l.fi. & C.loca.l.ſi quis.Accur.

Interdictis, quæ liti pugnāt ſup pprietate.

Poſſeſſio pōt peti ſine interdictis.

d ¶ De poſſeſsione. Siue retinenda, ſiue recuperanda, ſiue adipiſcenda, ut infra eo.§.ſequens diuiſio.

Res incorporales quaſi poſsidenī.

e ¶ Quaſi poſſeſsione. Vt cum contenditur de poſſeſsione rerum incorporalium: vt viæ, & itineris, & actus, & aquæductus. Vbi non eſt uera poſſeſsio, ſed quaſi, ut ff. de acquirend.re. do.l. ſeruus. §. incorporales, ſed tamen eſt ibi quædam quaſi poſſeſsio, & de ea retinenda competunt interdicta de itinere, & actu, & uia, & aqua, quando contēdo me eſſe in quaſi poſſeſsione prædictorum iurium, ut ff. de itine.actuque priua.p totum & ff. d aqua quo. & æſti. per totum. & ff. de ſerui.l.penulti.& ff. ſi ſerui. ven. l. ſicuti.§. Ariſto.

* ADDIT Eſt autem poſſeſsio quæ naturaliter tenetur aliquid corporale ab eo qui inſiſtit: Quaſi poſſeſsio.cum ijs vtimur tanquam poſſeſsis quæ naturaliter teneri non poſſunt: ueluti ſeruitutibus, & cæteris iuribus incorporalibus. A. F.

¶ Summa. Caſus. figuratio in ſim- 8 Y 2.
plici diuiſione ac declaratione terminorum non eſt neceſſaria. dicit enim primam & principalem diuiſionem interdictorum eſſe, quòd aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria: & quodlibet caput declarat per particularia exempla: & ultimo loco dicit, ꝙ interdicta proprie dici ſolent ꝓhibitoria, ab interdicendo. Tamen obtinuit quælibet appellari interdicta, quaſi quod inter duos dicantur, ſumpto nomine ab eo quod plerunque accidit. Nota quòd principalis diuiſio interdictorum eſt hæc, de qua hic agitur intellige de diuiſione ſpecierū.& quamuis ſint quædam interdicta miſta, de quibus, in l. j. §. interdictorum. ff. de interdi. tamen illa interdicta miſta nō continent diuerſam ſpeciem. Itē quid ſit interdictum prohibitorium, quid reſtitutorium, quid exhibitorium. Item exempla uniuſcuiuſque. Item quòd omnia ſunt interdicta, licet non interdicant: & quòd interdicta dicuntur quaſi inter duos dicta: quod eſt falſum: ſed dicuntur interdicta a ſpecie princi-

a ¶ Poſsidet. uel dolo fecit quo minus poſsideat, ut ff. quorum bon. l. j. in princip. & expone hæc uerba pro hærede & poſſeſſore, ut infra eo. §. pro hærede. & §. pro poſſeſſore. Accur.

ſidet [a] ex ea hæreditate: aut cũ iubet ei, qui ui de poſſeſſione fundi deiectus ſit, reſtitui poſſeſſionem. [b]

¶ Exhibitoria ſunt, per quæ iubet [c] exhiberi: ueluti eum, de cuius libertate [d] agitur: aut libertum cui patronus operas indicere [e] uelit, aut parẽti [f] liberos qui in poteſtate eius ſunt.

¶ Sunt tamen qui putant proprie interdicta ea uocari, q̃ prohibitoria ſunt, quia interdicere† eſt denunciare & prohibere: reſtitutoria aũt & exhibitoria ꝓprie decreta uocari. Sed tamen obtinuit, [g] oĩa interdicta appellari, †quia inter duos dicuntur. [h]

¶ Interdictorũ q̃dã ſunt adipiſcendæ poſſeſſionis, quædã retinendæ, q̃dã recuperãdæ. Adipiſcendæ dicit interdictũ Quorum bonorum: quod competit hæredi de iure prætorio in poſſidẽtẽ res hẽditarias pro hẽde uel poſſeſſore: ſic dictum, quia antequã adipiſcatur poſſeſſionẽ, cõpetit. Itẽ Saluianum interdictum pro rebus in fundũ illatis. Aret.

Violentiã paſſus q̃d́ remedium hẽt.

b ¶ Reſtitui poſſeſſionẽ. per interdictũ. Vnde ui: quod intra annũ locũ habet ꝓ iis, quæ peruenerint ad uiolentum: pro alijs perpetuo, ut ff. de ui & ui arma. l. j. ĩ pri. & hoc ſi ciuiliter & naturaliter poſſideat deiectus ſi aũt nãliter tm̃, utile habet tm̃, ut fructuarius, ut ff. de ui & ui arm. l. iij. §. unde ui.

† alias ſic.

c ¶ Iubet. ſ. prætor.

d ¶ Libertate. Vt quia liber homo detinetur inuitus: quod interdictum habes. ff. de libe. hom. exhiben. l. j.

e ¶ Indicere uelit. i. iniunctas operas dicere uelit, uel conuentas iniungere: quo caſu ageret de libero homine exhibendo, ut ff. de lib. ho. exhi. l. fi.

f ¶ Parenti. In hoc caſu duo ſunt interdicta: unum de liberis exhibendis, alterum de liberis ducendis, ut ff. de liber. exhiben. l. j. j. reſpon. & l. iij. j. reſpon. in princip.

g ¶ Obtinuit. Inter ſapientes.

h ¶ Inter duos dñr. i. a prætore formãtur, ut notatur. s̄. circa princ.

SYL. * ¶ Vide Alcia. lib. Parer. iij. c. xv. qui oſtendit e Paulo, li. v. ſenten. appellati interdicta quaſi interim dicta.]

* ADDIT. Sed nonne oĩa decreta etiam inter duos uel tres dicuntur? Qñ Prætor iubebat Romæ ut reus actori ſatiſdaret, & ſexcenta ſimilia, nonne inter duos decernebat? Cur ergo nõ interdicta quoque hæc ſimiliter dicũtur. Quare aut Duo, ſiue S. ſcriptum Hotoman. fuiſſe vr̃: ut ſignificet, inter illã poſtulantis petitionem & principalis cãæ deciſionem: aut hallucinatũ eſſe harũ inſtitutionũ architectũ: ut ſatis conſtat eũ ſæpe hallucinari, utpote luteum hniem. & indignũ q hæc ſacroſancta ueterũ monimẽta contingeret.

† alias quia interim dicunt.

¶ Sequens. SYL.

Caſus. Clariſsimus eſt: diuidit. n. ſecundo mõ ĩterdicta, ꝙ q̃dam ſunt adipiſcendæ quædam retinendæ quædã recuperandæ: & procedit ad declarationem & exemplificationem terminorũ, in quibus quo ad poſitionem caſus nulla ſubeſt difficultas, & ſi qua erit, declarabitur in notabilibus. Nor. aliam diuiſionem interdictorum. Item ꝙ interdictum Quorum bonorum, eſt interdictũ adipiſcendæ. Item quid operetur hoc interdictum Quorum bonorum. Item quòd datur bonorum poſſeſſori contra eũ, qui poſsidet pro hęrede aut pro poſſeſſore. Item quis dicatur poſsidere ꝓ hærede. Item quis dicatur poſsidere pro poſſeſſore. Item quare dicatur interdictum adipiſcendę. Item ꝙ non datur interdictum Quorũ bonorũ ei, qui iam poſſedit, & poſtea deſijt poſsidere, ſed ei, qui primo loco quærit poſſeſſionẽ. Item ꝙ Saluianum interdictum dicitur

interdictum adipiſcendæ. Item ad quid detur Saluianum interdictum.ſ. pro rebus inuectis & illatis in fundum per colonum, vt declarabitur in glo.]

Interdictū quo rū bonorū,& petitio hrdita-tis, pro una ſolarepūt cōpetere.

a ¶ Quod ex ijs,'Innuitur hic, ꝙ hoc interdictum etiā pro una re cōpetat. Sed contra vſ ꝙ ſit uniuerſale, ut ff.quo. bo.l. j.§. fina.ſed certe nihilo minus ē vni uerſale,licet ad unam rē detur:ſic.n.eſt in hæreditatis petitiōe, vt ff.de peti. hær.l.regulariter & l. licet. quā conſtat uniuerſalē eſſe, ut ff de rei uē. l.j.j.reſpon.

SYL. ¶ Adde ꝙ merito dicātur uniuerſalia, quia ſūt apta cōprehendere uniuerſitatē hæreditatis, ꝙ ſi una tantū res occupet, datur omnino contra illum,qui poſsidet illam unde habitu ēt tunc eſt uniuerſale, quāuis actu ſit particulare illo caſu.]

b ¶ Poſſeſsio. Scilicet decretalis.

c ¶ Data eſt. Scilicet a uoce prætoris uiui: vel hodie coram quolibet iudice, vt C.qui admit.ad bo.poſ.l.fi.

ADDITIO Dic quòd nō eſt neceſſe,quòd iudex,ſiue prætor,ſiue alius iudex,bonorum poſſeſsionem concedat, ſecundum Ang.

d ¶ Pro hærede. Sed nunquid hi tituli ſiue? Rñ.non, ut C. in qui ca.ceſ.lon.tempo.præ.l.hæreditatem.ergo vſucapio non poteſt procedere. Sed contrā ff.quo.bono.l.prima.j.reſpon. Sed illud expone ut ibi.

e ¶ Bonorum poſſeſsio ſcilicet decretalis.

¶ Sequens diuiſio interdictorum hæc eſt ꝙ quædam adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa comparata ſunt,quædam retinendæ: quædam recuperandæ.

¶ Adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa interdictum accommodatur bonorum poſſeſſori quod appellatur Quorum bonorum: eiuſq; uis & poteſtas hæc eſt, ut quod ex ijs [a] bonis quiſque, quorum poſſeſsio [b] alicui data [c] eſt, pro hrde [d] aut pro poſſeſſore poſsideat, id ei, cui bonorum [e] poſſeſſio data eſt, reſtituere, debeat.

¶ Pro hærede [f] autē poſsidere uideť, qui putat ſe hæredē eſſe. ¶ Pro poſſeſſore is poſsidet, qui nullo iure rem hæreditariam, uel etiam totā hæreditatem, ſciens [g] ad ſe non pertinere poſsidet. Ideo autē adipiſcendæ poſſeſſionis uocatur interdictum, quia ei tantum utile eſt, qui nunc primum conatur adipiſci poſſeſsionem rei. Itaque ſi quis adeptus poſſeſſionem, [h] amiſerit eam,[i] hoc interdictū ei inutile [k] eſt.

¶ interdictū quoque quod appellať Saluianum,adipiſcēdę poſſeſsionis cauſa comparatum [l] eſt, eoque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus [m] fundi pignori futuras pepigiſſet.[n]

f ¶ Pro hærede. Hæc oratio quandoq; accipitur pro uero tit.vt ff. pro hære. per totum: qnque pro falſo: ut quia credebat ſe hæredē, cum non ſit: & ita hic accipitur, & quandocunque agit petitione hrditatis,vt ff de pet.hæred.l. pro hærede.

g ¶ Sciens. Vnde ſi quæritur ab eo, quare poſsideat, dicit, qa poſsideo uel ſi dicat, ꝓ hęrede,tamen falſum ſcienter dicit, vt ff. de peti. hære.l. qui interrogatus.

h ¶ Poſſeſſionem. Quæ eſt facti. Accur.

i ¶ Eā Scilicet poſſeſsionē,q̄ eſt facti.

k ¶ Inutile eſt. Sed aget, amodo rei uendicatione,cum ſit dominus. Accur.

l ¶ Comparatum eſt. Cōtra colonum directum, contra extraneos, utile, ut C. de ſal. interdic. l. prima. & ff. de ſal. interdi. l. j.

m ¶ Pro mercedibus. Item & pro damno ſi quod contulit in eodem, ut ff. de ſal. interdic.l.j. & arg.ff. in qui. ca. pig.ta.cō.l.† non ſolum. Accur.

n ¶ Pepigiſſet. Scilicet tacite, ut C. de loca.l.certi iuris. Sed quid intereſt

† alias incipit Pōponius. & eſt l. ij.

Interdicti Saluiani & actiõis Seruianæ differentia.

Inter hoc ĩterdictũ & ſeruianam actionẽ Rñ. in Seruiana oportet locatorem probare colonũ fuiſſe dominũ tẽpore obligationis, ut ff. de pig. l. j. §. cũ prædium. in fi. & l. & quæ nondum ſunt. §. quod dr. Sed in interdicto iſto ſufficit, ſi probet ipſum poſſediſſe vt. ff. đ ſal. interd. l. j.

SYL. ¶ Adde ꝙ hæc materia tractata fuit prĩcipaliter in. §. itẽ Seruiana ſupra de act. quia ſunt in hoc plures gl. diuerſæ, de q̄bus per doc. in l. rem alienã. ff. de pig. act. & in l. cũ res. C. ſi aliẽ res pig. da. ſit.

¶ Interdictum retinẽdæ poſſeſsionis dicitur. Vti poſsidetis, & Vtrobi. Nam cum inter aliquos de proprietate quæſtio eſt mouenda, & vterque ſe poſſeſſorem contẽdit, propter magnum poſſeſsionis commodum, non põt aliter ſuper petitorio diſceptari, niſi unus. ſit petitor, alius poſſeſſor: ad quod diſcernendum competunt hæc interdicta. Et Vti poſsidetis pro immobilibus, Vtrobi pro mobilibus cõpetit: & licet olim eſſet inter hæc interdicta differentia, hodie ſunt exæquata: & is obtinet, qui tempore litis conteſtatæ non ui, non clam, nõ præcario, ab aduerſario poſsidet. h. d.

¶ Retinendæ † poſſeſsionis cauſa comparata ſunt interdicta, Vti [a] poſsidetis, & † Vtrobi, cum ab utraque parte de proprietate [b] alicuius rei controuerſia ſit, & ante quæratur, Vter ex litigatorib. poſsidere, & uter petere [c] debeat. Nanq; niſi ante exploratum fuerit, utrius [d] eorũ poſſeſsio ſit, non poteſt [e] petitoria actio inſtitui, quia & ciuilis [f] & naturalis [g] ratio facit, ut alius poſſideat, & alius a poſſidente petat. Et quia longe commodius eſt & potius poſſidere, quam petere, ideo plerunq; & fere ſemper ingens [h] exiſtit contẽtio de ipſa poſſeſsione. Commodũ autem poſsi-

SYL. ¶ Retinẽdæ poſſeſsionis. Casus. Ita clare ſe ipm explicat Impe. vt nõ ſit opus noua declaratiõe. declarat. n. alteram partem diuiſionis ſupra poſitæ ponẽdo cãm & rationem interdictorum inuentorum & declarat ad quid dentur duo hæc interdicta retinendæ Vti poſsidetis, & Vtrobi. Not. igitur ꝙ Vti poſsidetis, & Vtrubi, ſunt interdicta retinendæ. Item quòd dantur, quando eſt contentio inter aliquos de poſſeſsione, quis. ſ. poſsideat. Item ꝙ unus poſsidet, alius petit. Item ꝙ maximũ eſt cõmodum poſſeſsionis. Item ꝙ ſi quis poſsidet, & actor nõ probet concludenter cõtra ipſum, iudicatẽ contra actorem, & poſſeſſor remanet in ſua poſſeſsione. Itẽ ꝙ Vtrubi datur pro mobilibus, Vti poſsidetis pro immobilibus. Item ꝙ quicquid eſſet de iure antiquo, hodie hæc duo interdicta exæquata ſunt. Item ꝙ ille uincit in his interdictis, qui tẽpore litis cõteſtatæ poſsidebat non ui, non clã, nec precario ab aduerſario.]

a ¶ Vti poſſidetis. qđ de reb. ĩmobilibus dicit, ſed Vtrobi de mobilibus infra e. §. ſed interdicto.

b ¶ Proprietate. Ob hoc quidẽ cõparatum: ſed & ſine hac controuerſia ꝓprietatis dabitẽ: vt ſi de ſola poſſeſſione contẽdatur, ſecundum Ioan.

c ¶ Vter petere debeat. Ideſt quis ſit actor, & quis reus.

d ¶ Vtrius eorum poſſeſsio ſit. i. quis poſsideat.

e ¶ Non poteſt. Vt ff. de iudi. l. inter litigantes. Accur.

f ¶ Ciuilis. Vt quia parit actionem in rem aduerſario, vt C. de alie. iu. mu. cau. fa. l. prima.

g ¶ Nãlis. Vt q̄a nemo a ſeipſo poſſet peterẽ ſcđm nãm, ut ff. đ recep. ar. l. pe. & facit ad hoc bene. ff. uti poſ. l. j. §. hoc interdictum. & ff. de acqu. poſ. l. exitus.

h ¶ Ingens. Ideſt magna: & hæc ca-

† Facit ad hũc. §. qđ dr in c. licet. in gl. sup ỹ. titulũ ibi, ſed hoc non eſt uerum, extra đ ꝓb & ĩ glo. ſup ỹ. poſſideatis. ante fi. ibi, interdictum. x̄ de probatio.

† alias vtrubi.

Interdicta ſunt multiplicia.

dem contentio & in alijs interdictis retinendæ poſſeſsionis eſt, ut in illo de ſuperficiebus, ut ff. de ſuper. l. j. j. reſpon. Item in illo de itinere actuque priu. & uia priua. ut ff. de iti. actuque priua. l. j. j. reſpon. Itē * de aqua quotidiana & æſti. Item inter eos, q ducunt aquam per eundem riuū, q corriuales dicūtur. Item inter eos, qui ex eodē caſtello, ut ff. de aqua quotidiana & æſti. l. j. rñ. & §. ſi inter corriuales. & §. ait prætor, quo ex caſtello. In his. n. omnibus interdictis, ubi de ī corporalium quaſi poſſeſſione agit, eſt idem modus agendi, qui in duobus iſtis: unde in ff. uo continue poſt illum tit. uti poſs. illi ſupradicti ponuntur per ordinem.

† De innūeris cōmodis poſſidendi uide Tiraquel. in trac. de nob. cha. ccc xx. ubi de hac mā cumulatiſſime.] † Quia faciliores ſunt ad abſoluēdū quā ad condemnādū con. cor. ca. ult. ī fi. cū gl. ſu p. uer. humaniorem extra de tranſ.

dendi † in eo eſt, q etiam ſi eius res non ſit, qui poſſidet, ſi modo actor non potuerit ſuā eſſe probare, remanet [a] in ſuo loco poſſ ſſio: pp quā cām cū obſcura ſunt utriuſq; iura contra petitorem iudicari † ſolet.

¶ Sed interdicto [b] quidē Vti poſſidetis, de fundi uel ædium poſſeſſione contenditur: Vtrobi [c] uero interdicto, de rerū mobiliū poſſeſſiōe. Quorū [d] uis ac poteſtas plurimā inter ſe differēt: á apud ueteres habebat. Nā Vti poſſidetis interdicto is uincebat, qui interdicti [e] tempore poſſidebat, ſi mō nec ui, nec clā, nec precario nactus fuerat ab aduerſario poſſeſſionē: ēt ſi aliū [f] ui expulerat aut clam arripuerat alienā poſſeſſionem, aut precario rogauerat aliquem, ut ſibi poſſidere liceret. Vtrobi uero interdicto is uincebat q maiore [g] pte eius anni, nec ui, nec clā, nec precario ab aduerſario poſſidebat. [h] Hodie tñ aliter obſeruaē, nā utriuſq; īterdicti ptās (quātū ad poſſeſſionē [i] pertinet) exequata eſt: ut ille uincat, & in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſſionem nec ui, nec clam, [k] nec pre-

a ¶ Remanet. Facit C. de eden. qui accuſare. in fi. & C. de rei uen. l. res & ff. ſi uſufru. pe. l. uti frui.

SYL. * ¶ Quo remedio utēdum ſit, ubi neutra partium uult in interdicto uices actoris ſuſtinere, uide Alc. lib. Parer. vj. c. xxiiij.]

b ¶ Sed interdicto. Vel ædium. ff. uti poſsid. lege prima. primo reſpon. Accurſius.

Vtrobi mobili. c ¶ Vtrobi. Hoc dicitur ab utrum, & ubi, ut utrum, ponatur pro ad, uel apud, ubi, ponitur pro quem. q. d. apud quem eſt, apud eum ſit. Non fit autem mentio hic poſſeſsionis, cum mobilia proprie non poſsideantur, ſed immobilia tantum: cum dicatur poſſeſsio quaſi pedum poſitio, ut ff. de acquir. poſſ. l. j. in princip. Abuſiue tamen mobilia dicunē poſsideri. Accurſius.

Poſſeſſio nō ē ꝓprie ī mobilibus. Poſſeſſio vñ dr̄. SYL.

¶ Hæc opi. falſa eſt, & eam communiter dānant docto. in l. j. ff. de acquir. poſſ. ut per Alexan. ibi col vij. & Iaſo. col. vij. in prima lectu. & col. ix. in ij. lect.]

d ¶ Quorum ſ. duorum interdictorum.

e ¶ Interdicti tempore. i. tempore, quo proponitur interdictum.

f ¶ Alium. Dummodo non aduerſarium.

g ¶ Maiore. Scilicet quàm aduerſarius, ut ff. de uerbo. ſignific. l. maiore parte.

h ¶ Poſſidebat. & ſic citius uincebat ī Vti poſsidetis quàm in Vtrobi: & erat forte ratio, quia citius mobilia transferuntur, q̄ immobilia, ut ff. comm. l. j. & ff. de re iud. a diuo Pio. §. j. & ff. de acq. poſſ. l. ſi rem.

i ¶ Quantum ad poſſeſsionem. Nota, quantum ad poſſeſsionem. nam quantum ad alia remanſit differentia, ut olim Vti poſsidetis in rebus immobilibus, & Vtrobi in mobilibus locum habeat, ut hic dicitur, & ſupra. §. proximo.

k ¶ Nec clam, cum multa ſint genera

Quæ refert gl. in l. extat. ff. quod me. cã.

Vis inquietatiua q̄ parit interdictū qđ ui aut clã qualiter ſit

¶ Quæ nera † uiolentiarum, quæ ad præſens omitto, de hac ui, quæ inquietatiua dr̃, quæ parit hoc interdictum, dic, ut ſi me arare, uel ædificare, vel aliquid in meo me facere prohibes, contendens te poſſidere, habet locum hoc interdictū, ut ff. de ui & ui ar. l. uim facit. & ff. quod vi aut clã. l. j. §. qd ſit vi. Quid ſi ille non cõtendat ſe poſſidere, ſed ſolum iniuriatur mihi? Reſpon. adhuc locum habet hoc interdictum, vt ff. vti poſ. ſi duo. §. ſi uicinus. Sed & actione iniuriarum mihi tenet̃, vt ff. de acti. empt. qui pendentem.

SYL. ¶ Adde tex. in l. iniuriarum actio. §. ſi quis me prohibet. ff. de iniur.]

¶ Quid ſi nec poſſeſsionis ratione, nec iniuriæ, ſed quia ſeruitutem ſe habere contendit? Reſpon. ſi poſſidet, intentabo negatoriam: ſi ego poſſideo. intentabo hoc interdictū, ut ff. ſi ſer. ven. l. ij. §. j. Clam autem poſſidet, qui clanculo me abſente ſibi poſſidere uolens ingreditur fundum meum, quem ego poſſideo, nec tamen ſuſpicor me poſſe repelli: & ita me abiente & inuito ſæpiſsime facit, ut ff. quod ui aut clam l. iij. §. fi. & de acqui. poſ. l. clam.

Clandeſtina poſſeſsio.

SYL. ¶ Clam poſſidere proprie dicitur ille, qui cum ſciret aut ſcire deberet me poſſidere, antequã fundum ingrederetur, ingredit̃ fundum, & me turbat antiquiorem poſſeſſorem: & dr̃ clam poſſidere a me, quando eſt ingreſſus me abſente dicta lege clam. & lege tertia. §. fi. cum l. ſeq. ff. quod ui aut clam.]

Poſſeſſor clãdeſtin⁹ hẽt naturalẽ poſſeſſionẽ, & deiectus ciuilem.

¶ Ille enim, qui ingreditur, habet naturalem per introitum ſuum, & ego ciuilem. Vel dic, ꝙ ego retineo naturalem ciuiliter, ingrediens naturalem naturaliter. Sed nonne etiam naturalem perdit ſtatim, cum de fundo exit, & ad iudicium uenit, uel etiam alias iret? Reſpon. non: immo animo retinet eã naturalem, ut facit fructuarius, qui ſolam naturalem habet. Vel dic, quòd ſi amittit eam, non tamen nocet, quia adhuc hoc interdicto tenetur, licet ego poſſideam tantum, ut diximus per l. ſi duo. §. ſi uicinus. ff uti poſsi. Precario autẽ poſſidet aduerſarius a me, ut ſi precibus ſuis motus conceſsi ſibi precario, vt ff. de preca. lege prima in princ. & §. j. Et diſtingue in precario: q̃a aut agitur, ut oĩs poſſeſſio in accipientẽ transferatur, qđ fieri poteſt, vt ff. de preca. in rebus. & ff. de acqu. poſſ. Pomponius. §. ſi is qui. Aut vt nulla: & hoc ualet, vt. ff. de preca. certe. §. is qui. Aut vt habeat naturalem tantum qui accipit: & hoc valet, vt ff. de preca. l. & habet. §. eum. † Sed nunquid in omni precario uinco habentẽ a me per hoc interdictum. ſ. uti poſſidetis? Reſpon. non illum, qui habet oẽm poſſeſsionem, cum hoc interdictū poſſeſſorem tueatur, ut ff. vti poſsi. l. j. §. j. & §. ij. ergo uinco ſupradictos, etiam ſi ego habebam poſſeſsionem ab alio ui vel clam uel precario, ut hic, & ff. vti poſſid. l. j. §. fina. & l. ij.

†Dic, ꝙ in dubio p̃ſumit̃ naturalis tm̃mõ poſſeſſio trãſlata, vt no. gl.

cario ab aduerſario litis conteſtatæ tempore detinet.

¶ Quis dicitur poſſidere, etiam ſi per alium poſſidet. Et poſſeſsio ſolo animo retinetur, licet ſolo animo non acquiratur. Ang.

¶ Poſſidere autem uidetur quiſque, non ſolum ſi ipſe poſſideat, ſed & ſi eius

¶ Poſſidere. Caſus. Non eſt aliter figurandus in ſimplici declaratione terminorum, ſupra enim dixerat pluries, ꝙ eſt magnum commodum poſſidentis, & ꝙ obtinet qui tempore litis conteſtatæ poſſidet: ſubdit, ꝙ poſſidere nõ ſolum uidetur qui proprio corpore & animo poſſidet, & ſic per ſe, ſed etiam qui per alium: & ponit diuerſa exempla: & declarat etiam qualiter intelligatur retineri poſſeſsio: ꝙ non ſolum retinetur per alium, ſed animo etiam: & ſubdit, quòd licet animo poſſeſsio retineri poſsit, animo tamen non acquiritur: & eſt text. notabilis, & utilis. Nota primo, quòd non ſolum dicitur poſſidere qui per ſe poſſidet, ſed qui per alium. Item quòd colonus poſſidet pro alio, & inquilinus. Item commodatarius & depoſitarius. Item ꝙ poſſeſsio iam adepta per alium retinetur. Item ꝙ retinetur ſolo animo. Item ꝙ ſolo animo poſſeſsio non adipiſcit̃.]

SYL. Bart. & Aug. in d. §. eũ.

nomine aliquis ĩ poſſeſſione [a] ſit, licet is eius iuri ſubiectus non ſit: qualis eſt colonus, [b] & inquilinus.

¶ Per eos quoque apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodauerit, ipſe poſſidere [c] uid. ĩ. Et hoc eſt quod dicitur, retinere [d] poſſeſſionem poſſe aliquem per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſſione.

¶ Quinetiam animo quoque ſolo retineri poſſeſſionem placet, id eſt ut quamuis neque ipſe ſit in poſſeſſione, neque eius nomine alius, tamen ſi non relinquendæ poſſeſſionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit, retinere poſſeſſionem uideatur.

¶ Adipiſci uero poſſeſſionem per quos aliquis poteſt, ſecundo libro expoſuimus. [e] Nec ulla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſſionem nemo poſſit.

¶ Recuperandæ poſſeſſionis dicitur interdictum. Vnde ui, competens ſpoliato pro poſſeſſione, etiam quam a ſpoliante habet ui, uel clam, uel præcario ex interuallo: licet hodie per uim ſpolians, ſi dominus eſt, a dominio cadat: alias, rem ſpoliatam & eius æſtimationẽ reſtituit, qui alias lege Iulia, de ui publica uel priuata criminaliter punitur, & armorum appellatione lapides & fuſtes continentur. hoc dicit. ſecundum Angel.

¶ Recuperandæ poſ

Colon⁹ & ĩquilinus nec ciuiliter nec nãliter poſsident.

a ¶ In poſſeſsione ſit. Caute dicit, ut ff. de acquiren. poſſeſ. l. ſi quis ante. nam non poſsident iſti, nec ciuiliter, nec naturaliter, ſecundum Ioan. ſcilicet colonus, & inquilinus, & ſimiles, ut hic, & ff. de uſucap. non ſolum §. quod nulgo. Sed M. dicit eos naturaliter poſſidere, ut ff. communi diuidũ. l. communi diuidũ. §. neque. ſed illud intellige colonũ poſſidere ſcilicet alij.

SYL. b ¶ Colonus. Scilicet in uilla: ſed inquilinus in ciuitate, ut ff. de acquiren. poſſeſſ. l. re pignoris.

SYL. ¶ Dic quòd nõ diſtinguitur inquilinus a colono reſpectu ruris aut ciuitatis, ſed reſpectu eius quod colunt. Quãdo enim quis incolit domũ, ſiue in ciuitate, ſiue rure, ille dicitͬ inquilinus: ſi uero colit fundũ principaliter, licet in eo ſit domus ad recõdendos fructus, ſiue fundus ſit in ciuitate, ſiue ruri, dicitur colonus lege ſi prædium. C. de prædiis mino. l. urbana prædia. ff. de uerborum ſignifica declarat Alexand. in lege qui pignoris. ff. de acqu. poſſ.]

c ¶ Poſsidere uidetur. Si ergo per alium poſsidet, ergo non poſsidet, ut ff. de acquiren. poſſeſſ. l. quod meo. licet quidam dixerint eos naturaliter poſsidere, ſicut & colonum, ut ſuperiori caſu diximus.

